





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.4.47





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.4.47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.4.47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.4.47

GUICCIARDINI

3


4

47

Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze

3-4-47

1)-2)-3)-4)



GUIC

Bibli
Centr


7

_ GU

Bibli
Cen

compendium s. h. s. de s. h. s. de s. h. s.
MERCVRII TRISMEGISTI LIBER DE POTESTA
TE ET SAPIENTIA DEI PER MARSILIVM FICI
NUM TRADVCTVS: AD COSMVM MEDICEM.

Tu quicumq; es: qui hæc legis. siue grāmaticus: siue orator: seu
philosophus: aut theologus: scito. Mercurius Trismegistus sū:
quem singulari mea doctrina & theologica: ægypti prius & bar
bari: mox Christiani antiqui theologici: ingēti stupore attoniti
admirati sunt. Quare si me emes: & leges: hoc tibi erit commo
di: quod paruo ære comparatus summa te legentem uoluptate:
& utilitate afficiam. Cum mea doctrina cuicumq; aut mediocri /
ter erudito: aut doctissimo placeat. parce oro: si uerū dicere non
pudet: nec piget. Lege modo me: & fatebere nō mentitum: sed
si semel leges: rursus releges: & cæteris consultes: ut me eman:
& legant. Bene Vale.



Argumentum Marsilii Ficini florentini in Librum Mercurii
Trismegisti: ad Cosmum Medicem Patriæ Patrem.

O tempore: quo Moyses natus ē: floruit Athlas astro-
logus Promethei physici frater: ac maternus auus me-
ioris Mercurii: cuius nepos fuit Mercurius Trismegistus. Hoc
autem de illo scribit Augustinus: quāq̄ Cicero atq̄ Lactantius
Mercurios quinq; per ordinem fuisse uolunt: quītumq; fuisse
illum qui ab ægyptiis : a græcis autē Trismegistus ap-
pellatus ē. Hūc asserūt occidisse Argū: ægyptiis præfuisse: eisq;
leges ac litteras tradidisse. Litterarū uero characteres ī aīaliū ar-
borūq; figuris instituisse. Hic in tanta hoīnum ueneratiōe fuit:
ut ī deorum numerum relatus sit. Tempa illius numis constru-
cta q̄ plurima. Nomē eius proprium: ob reuerentiā quādam pro-
nunciare: uulgo ac temere nō licebat. Primus anni mensis apud
ægyptios nomine eius cognominat: oppidum ab eo conditur:
quod etiam nunc græce noīatur .i. Mercurii
ciuitas. Trismegistum uero inter maximum nuncuparunt: quo-
niā & philosophus maximus: & sacerdos maximus: & rex maxi-
mus extiit. Mos enim erat ægyptiis: ut Plato scribit: ex philoso-
phorum numero sacerdotes: ex sacerdotum cœtu regem elige-
re. Ille igitur quemadmodum acumen atq; doctrina: philoso-
phis omnibus antecesserat: sic sacerdos inde constitutus sancti-
monia uitæ: diuinorumq; cultu: uniuersis sacerdotibus præsti-
tit: ac demum adeptus regiam dignitatem: administratiōe legū
rebusq; gestis superiorum regum gloriam obscurauit: ut meri-
to rex maximus fuerit nuncupatus. Hic inter philosophos pri-
mus: a physicis ac mathematicis ad diuinorum contemplatio-
nem se contulit. Primus de maiestate dei: demonum ordie: ani-
marum mutationibus sapientissime disputauit. Primus igitur
theologiæ appellatus est auctor: cum sequutus Orpheus secun-

das antiquæ theologiæ partes obtinuit Orphei sacri initiatus è
Aglaophemus. Aglaophemo successit in theologia Pythagoras
quem philolaus sectatus est diui Platonis nostri præceptor. Ita
que una præscæ theologiæ undiq; sibi consona secta ex theolo-
gis sex. miro quodam ordine conflata est exordia sumēs a Mer-
curio. a diuo Platone penitus absoluta. scripsit autem Mercuri-
us libros ad diuinarum rerum cognitionē ptinentes q̄ plurimos
in quibus proh deus immortalis q̄ archana misteria q̄ stupēda p̄a
duntur oracula. nec ut philosophus tātum. sed ut propheta s̄æ
penumero loquitur. canitque futura. Hic ruinam præuidit præ-
scæ religionis. hic ortum nouæ fidei. hic aduentum Christi. hic
futurum iudicium: resurrectionem sæculi. beatorum gloriam
supplicia peccatorum Quo factum est. ut Aurelius Augusti-
nus dubitauerit. peritia ne syderum. an reuelatione demonem.
multa protulerit. Lactantius autem illum inter sibillas. ac pro-
phetas connumerare non dubitat. E multis deniq; Mercurii li-
bris. duo sunt diuini præcipue. unus de uoluntate diuina. alter
de potestate & sapientia dei. Ille Asclepius. hic Pimander inscri-
bitur. Illum Apuleius platonius latinum fecit. Alter usq; ad
hæc tempora restitit apud græcos. At nuper ex Macedonia in
Italiam aduectus: diligentia Leonardi pistoriensis docti: probi
q; monachi ad nos peruenit. Ego autem cum tuis exhortationi-
bus prouocatus: e græca lingua in latinam cōuertere statuissem
æuqum ofre putauit. Cosme fœlix: ut nomini tuo opusculum
dedicāre. Nā cuius ipse adiurus opibus: libriq; affatim refertus
studiis græcis icubui: eidē studiorū græcorū me dcer offerre pri-
mitias. Neq; fas erit: opus tā sapiētis philosophi tā pii sacerdotis
tā potētis regis: dicare cuiq; nisi ipse cēt: cui dicatur: pietate: sapi-
entia. potētia. reliq; oībus arte celleret. Est aut: ut ad scripta Mer-
curii descēdam. huius libri titulus pimāder quoniā ex q̄tuor p

sonis quæ in dialogo disputant primæ Pimandro partes attribuuntur. Edidit uero librum ægyptiis litteris. idemque græcæ linguæ pitus græcis inde transferendo comunicauit ægyptiorum mysteria. Propositum huius operis est de potentia & sapientia dei differere. Cumque sint horum operationes geminæ. Quartum prius in ipsa dei natura permanet. Secundum porrigitur ad extrema. Et illa quod mundum primæ æternumque concipit: hæc uero mundum secundum temporalemque parit. De utrisque operationibus de quo mundo utroque grauissima disputat. Quid dei præsertim: quod sapientia: quo ordine intrinsecus concipiatur: quo progressu exterius parent. Præterea quæ producta sunt: quo se iuicem habeant. quo conueniant: quouere discrepent: quo denique pacto suum respiciant auctorem. Ordo autem uoluminis est: ut in libellos quatuordecim distinguamus: utque primæ dialogi partes Pimandro dentur: Secundas teneat Trismegistus: Tertias Aesculapius. Quartum locum obtineat Tattius. Intraedit ergo Mercurius in diuinis Aesculapium ac Tattium erudire. Diuina docere nequit quod non didicit. At humano ingenio quæ supra naturam sunt: inuenire non possumus. Diuino itaque opus est lumine ut solis luce solè ipsum intueamur. Lumen uero diuinæ mentis nunquam infunditur animæ. nisi ipsa: ceu luna ad solè: ad dei mentem penitus conuertatur. Non conuertitur ad mentem animæ: nisi cum ipsa quoque sit mens. Mens uero non prius sit: quam deceptiones sensuum & phantasiæ nebulas deposuerit. Hac de causa Mercurius modo sensus & phantasiæ caligines exiit: in aditum mentis se reuocat. Mox Pimander. id est mens diuina in hunc influit. Unde ordinem rerum omnium: & in deo existentium: & ex deo manantium cõtemporat. Demum quæ diuino sunt numine reuelata: cæteris hominibus explicat. Is igitur est libri titulus: id propositum illius & ordo. Tu uero Cosme foelix lege foeliciter: ac diu uiue: ut & diu patria uiuat.

Mercurii Trismegisti Liber de Potestate & Sapiētia Dei e græ
co in latinum traductus a Marsilio Ficino Florentino ad Closs
mum medicem patriæ patrem: Pimander incipit.

Vm de rerum natura cogitarem: ac mentis aciem
ad superna erigerē: sopitis iā corporis sensibus: quem
admodū accidei solet iis: qui obsaturitatem: uel de
fatigationem somno grauari sunt: subito mihi uisus sum cerne
re quendam immensa magnitudine corporis: qui me nocte uo
cans: in hunc modum clamaret. **Q**uid ē o Mercuri: quod & au
dire: & intueri desideras. Quid est quod discere atq; intelligere
cupis. Tum ego quisnam es inquam. Sum inquit ille Pimander
mens diuinæ potentia: ac tu uide quid uelis: ipse uero tibi ubiq;
adero. Cupio inquam rerum naturam discere: deūq; cognosce
re. Ad hæc ille. Tua me mente cōplectere: & ego te in cūctis quæ
operaris erudiam. Cum hæc dixisset: mutauit formam & uniuersa
subito reuelauit. Cernebam enim immensum quoddam spe
ctaculum omnia uidelicet in lumen conuersa suaue nimirū atq;
iucundum: quod intuentem me mirifice oblectabat. Paulopost
umbra quædam horrenda: obliqua reuolutione: subter labebat
in humidamq; naturam migrabat ineffabili tum uultu exagita
tam. Inde fumus quidam manus in sonitum erūpebat: ex toni
tu uox egrediebat: quam ego luminis uocē existimabā ex hac
luminis uoce uerbū factum prodiit. Verū hoc naturæ humidæ
adstans eam fouebat. Ex humidæ autē naturæ uisceribus: since
rus ac leuis ignis protinus euolās alta petit: Aer quoq; leuis spi
ritu parens: mediā regionem inter ignem & aquam fortiebatur
Terra uero & aqua: sic inuicem cōmixtæ iacebant: ut terræ faci
es aq; obruta nusq; pateret. Hæc duo deinde cōmota sunt a spi

ritali uerbo: qđ eis supferebatur: aures eorū circūsonans. Tunc pimāder ait. Aduertis quid sibi hęc uisio uelit: Cognoscā inq̄. Ait ergo Pimāder. Lumē illud ego sum mēs deus tuus: antiquior q̄ natura humida: quæ ex umbra effulsit. Mētis uero germē uerbum lucens dei filiū. Quid ergo inq̄: Sic inq̄t. Cogita: qđ in te uidet & audit uerbū domini. mens aut pater deus Neq; n. distant adinuicem: horū unio uitæ est. **TRISM.** Gratias habeo tibi pimāder. Verum in primis meditare lumen: atq; cognosce. **TRISME.** Hęc ubi dicta sunt: diu illum orauit: ut eius ideā ad me cōuerteret. Quod cum ille fecisset: repēte prospicio mea in mente lucē uiribus innumeris existentē: ornatum sine termino ignem: ui ingenti circūseptum: & in ipsa stabilitate dominantē. Hęc ipse pcepi per pimādri uerbū: qđ me stupore attonitum sic iterū affatus ē. Vidisti in mēte primā speciē infinito iperio præualētē: Eiusmodi quædā mihi pimāder. At ego illi Elemēta nature undē manarūt: **PIMANDER.** Ex uoluntate dei: quæ uerbū cōp! exa pulchrūq; ituita mundū: ad eius exēplar reliq; sui ipsius elementis uitabilibusq; seminibus exorauit. Mēs autē deus utriusq; sexus fecūditate plenissimus uita & lux cum uerbo suo mētē alterā opificē pepit qui qđē deus ignis atq; spiritus numē. Septē deiceps fabricauit gubernatores: q; circulis mūdū sensibile cōplectunt: eorūq; dispositio fatum uocat. Cōnexuit idē dei uerbū ex elemētis dei deorsum tenētibus: purū naturæ artificiū unitumq; est opifici menti. Cōsubstāiale. n. erat. Relictaq; sunt elemēta naturæ deorsum cadētia sine rōne: ut sit tanq; sola materies. Mēs quidē opifex una cum uerbo circulos continens: acceleri rapacitate cōuertens: suā ad se machinā flexit: eamq; uolui a p̄cipio ad finem absq; sine præcepit. Incipit. n. illic semper ubi diffinit. Horum profecto cunctorū circuitus quēadmodū ipsa

mens uoluit: ex elemētis inferioribus aīalia cōflauit rōnis exper-
tia. neq; n. prābuit rationē aer uolatilia protulit: aqua uero natā
tia. Distincta quoq; inter se sunt aqua & terra: cū imodum: qui
menti placuerat. Terra postmodum animātia: quæ intus habue-
rat: peperit: quadrupedia uidelicet serpētia: fera: agrestia. pariter
atq; domestica. at pater oīum intellectus uita & fulgor existens.
hominē sibi similem procreauit. atq; ei tanq̄ filio suo cōgratula-
tus est. pulcher. n. erat: patrisq; sui ferebat imaginem Deus. n. re-
uera propria forma nimirum delectatus. opa eius oīa usui con-
cessit humano. Homo autē. cum cōsiderasset in tpe suo rerum
omnium procreationē: ipse quoq; fabricare uoluit. Vnde a con-
tēplatione patris: ad speram generationis delapsus est. Cūq; om-
nium in se prātem hēret. opificia septē gubernatorum aīadu-
erit. Hi autē humanæ mentis meditatione gaudētes. singuli eorū
propriū ordinis participē hoīem reddere. Qui postq̄ didicit ho-
rum essentiā. propriāq; naturā cōspexit. penetrare atq; rescinde-
re iā exoptabāt ambitum circuloꝝ. uimq; gubernatoris præs-
identis igni cōpræhēdere. Qui ue arbitrium & potestātē oīum
habuerat. in animantia mūdi mortalia & rōne carentia per har-
moniā emerfit: atq; exiliūt penetrās ac resoluēs potentiā circuloꝝ.
Ostēditq; naturā: quæ deorsum labit. uelut pulchram dei
formā. q̄ cum natura contueret̄ mira pulchritudine præditā eē:
actionesq; oēs septem gubernatorū. atq; insup dei ipsius effigi-
em possideret. illi amore ingenti subrisit. utpote quæ humanæ
pulchritudinis speciē in aqua specularēt. eiusdēq; admirationē
quādā in terra cōspiceret. ille præterea cōsecutus similit̄ sibi for-
mā in se ipso existentē: uelut in aquā amauit eā: secūq; cōgredi
concupiuit. Effectus euestigio sequutus est: uolūtātē formāq;
carentē rōne progenuit. Natura illud in qd̄ tota ferebatur amo

re cōplexa: illi penitus sese iplicuit atq; cōmiscuit. Quando cau-
sam solus hō ex uniuersis terrenis animātibus duplicis naturæ
censet: mortalis qdē pp corpus: immortalis autē pp hoīem ipsum
substantialem. Immortalis. n. est: cunctorumq; arbitrium obti-
net: cætera uero uiuentia quæ mortalia sunt fato subiecta pati-
untur. Nō igit̃ harmonia superior obstirit: in harmoniam uero
lapsus periclitatus seruus effectus est. Hic utriusq; sexus fœcun-
ditate munitus: ab eo q̃ arborum & riuorum fons est: uigilq; fa-
ctus: ab eo q̃ est uigilās: cōtinet̃: atq; eius dēminationi subiicit̃.
TRISME. Post hæc: mēs inquā meæ rationis: ipse es Tum Pi-
mander. Id est inquit mysterium: quod in hanc usq; diē. genus
humanum latuit. Natura quippe homini sese imiscens: miracu-
lum attulit: qd̃ omnium miraculorum uincit admirationē. Nā
cū septē illorum harmonia ipse iā fuisset ibutus ab eo: quē tibi
pauloante narraui: patre uidelicet atq; spiritu natura ipsa nō re-
stitit. **Quinimo** septē protinus hoīes peperit: septē gubernato-
rū naturas: masculini pariter ac fœminini generis cōpotes atq;
sublimes. At hæc ipse sic intuli. **O Pimander.** ardenti desiderio
nup̃ affectus sum: audire præterea reliqua cupio. Quare: ne hic
me deferas obsecro. Cæterū ille mihi. **PIMAN.** Silē. nondū. n.
primū sermonē absolui: **TRIS.** Ecce iā taceo. **PIMAN.** Horū
septē: ut dixi: generatio ī hunc modū effecta ē. Femina. n. aer &
aqua coeūdi cōpos ex igne maturitatē: ex ethere sumpsit spūm
cōglutinavitq; natura corpa ad hoīs spēm effingēdā. Nō at̃ ex
uita & luce: iā iam mortēq; processit. Vita quippe aiām largita ē:
lux deniq; mortē. Talia profecto usq; ad finē circuitus p̃ncipio-
rū simul & generū. cū q̃a mūdi sensibus mēbra manebāt. Verū
audi iā reliquū: quē sūmope cupiebas sermonē. Expleto demū
circuitu: oīum: uolēte deo. solutus ē nodus. Nā cuncta utriusq;

generis: animanti a: una cum homine: dissoluuntur. Et mascula
quidem ex parte: femineaq; similiter cōficiēbātur. Extēplo deus
uerbo sancto clamauit. Puulate: adolescite: propagate uniuersa
germina: atq; opera mea. Vos insuper: quibus mentis portio
concessa est: genus recognoscite uestium: uestramq; naturā im
mortalem considerate. Amorem corporis: mortis causam: esse
scite: rerum omnium naturam discite. His dictis prouidētia per
fatam armoniāq; cōflauit: mixtiones: generationesq; cōstituit.
Vnde cūcta sunt secūdū genus propriū propagata. Demū qui
seipsum cognouit: bonū: quod est sup essentiā: consecutus est.
Qui uero corpus amoris errore cōplectebatur: is oberrabat in
tenebris mortis: mala sensu percipiens. Quod tamē delinquūt:
ignorantes in quā ut ob eā cām immortalitate priuent. PIMAN.
Videris o Mercuri nō satis itelligere: quæ audieris. TRISME.
Et si nōdū itelligere sim professus: itelligo tamem: ac mem.
ni. PIMAN. Gratulor si que dicta sunt: tenes. TRISME. Rā
sponde mihi queso Pimāder: cur digni morte sint hi: q; in mor
te iacēt: PI. Quia precessit proprio corpi tristis tumbra: ex hac q;
dē natura humida. Ex hac uero corpus imūdo sensibili cōstitit:
ex hoc deniq; mors ipsa scaturit. Nū hoc tenes Mercuri: Tenes
etiā qua de causa: q; seipsum cognoscit: transit in deū: ut dei uer
bū tradidit. TRISME. Qm̄ ex uita & luce cōstat oīum pater:
ex quo natus est hō. PIMAN. Recte Iqueris. Lux & uita deus
est: & pater: ex quo natus est hō. Si igit cōprehenderis te ipsum
ex uita ac luce cōpositū: ad uitā rursus lucēq; trāscēdes. Trime.
Hæc ait Pimāder. At ego. Adhuc mihi mēs dicas oro: quonā pa
cto ad uitam ascendere queā: PI. Deus ipse mēs iussit ut homo
mentis particeps: seipsum aiaduerteret. TRIS. Non ergo hoies
singuli mentem possident. PI. Recte dicis Mercuri. adsum enī

ego mens iis: qui boni: pii: puri: religiosi sanctiq; sunt: praesentia
q; mea fert illis opē: adeoq; ut statim cuncta dignoscant: patrēq;
pacatum & propitium habeant. Itaq; gratias agunt benedicētes
pie & hymnis solēnibus collaudantes: cōcedūt sane corpus mor
ti suae sensuum illecebras fastidiunt. utpote qui clare diiudicant
q̄ letifera sint sensuum lenocinia: quin etiam ipsa mens ianitoris
munere fungens incidentes in insidias corporis haud quaquam per
mitto finē consequi suū. aditus enī p quos turpes blanditiae ma
nare solent: iugiter itercludo: libidinumq; fomites oēs extiguo.
Cōtra ab ignaris: improbris: ignavis. inuidis iniquis: homicidis
impiis procul admodum habito. promittens eos daemōnis ulto
ris arbitrio qui ignis acumen incutiens: sensus affligit: magisq;
ad patrianda scelera armat hominē: ut turpioris culpae reus: ac rio
ri supplicio sit obnoxius. Eumq; sine ulla intermissione: ad insa
tiabiles concupiscentias inflammat. Cum eo pugnat in tenebris:
peccatum exanimat: & ignis impetum in eius cruciatum mirum
inmodum concitat: atq; adauget. TRI. diligenter mihi omnia o
mens quemadmodum postulabam: exposuisti. Vtterius autem
id responde. quid post accētionem futurum sit: Primum quidē
Pimander ait. In corporis materialis resolutione: corpus in alte
rationem labitur. Species quam ante habuerat. insensibilis deli
rescit in posterum. Morum ociosus habitus daemōni cōceditur
atq; dimittitur. Sensus corporei partes animae facti. suos in fon
tes refluunt: aliquando in suos actus iterum surrecturi: irascēdi
& appetendi vires in naturam conuertunt ratione carētem. Itaq;
residuum tum per armoniam recurrit ad supera. Primae dehinc
zonae crescendi pariter & decrescendi officium reddit. Secundae
machinationem malorum: ociosumq; dolum. Tertiae ociosam

concupiscētiæ deceptionem. Quartæ imperiosam a tq; inexplē
bilem ambitionem. Quintæ prophanam arrogantiam: & auda
tiā temeritatem. Sextæ occasiones diuitiarum prauas. Itemque
ociosas. Septimæ zonæ mendacium insitum. Tunc sane animus
harmoniaē motiōes exutus: ad optatam naturam reuertitur: uim
propriam habēs: unaq; cum hiis: qui illic sunt: patrem laudat. Ip
si quoq; in potestatum se numerum conferunt. effectiq; potesta
tes: deo fruuntur. Atq; id est summum bonum eorum quibus co
gnosendi fors competit. Deum scilicet fieri. Quid præter hæc
ad te pertinet: nisi ut cuncta amplexus: dux fore uelis eorum: qui
cura sint tua digni. ut humanum genus tuo munere diuinam sa
lutem consequatur. Talia quedam effatus Pimander. in potesta
tum diuinarum numerum se reduxit. Ego autem benedicens ac
gratias agens uniuersorum parēti: surrexi iam corroboratus ab
illo: totiusq; edoctus naturæ ordinem Spectaculum & clarissimū
cōtēplatus: hinc ipse cœpi hominibus pietatis & sciētiæ decorem
enūciare. O populi uiri terrigenæ: qui uos ipsos ebrietati: somno
& ignoratiæ dedistis: sobri uiuitē. Abstinetē a uentris luxu uos: q̄
in rationali somno demulcti estis. Illi autem exaudiētes: mecum
unanimes cōuenere: Tūc rursus adieci. Curo uiri terrigenæ præ
cipites in mortem ruitis. cū uobis haud quaq̄ desit immortalitatis
consequende facultas: reuocate iā uosmet: qui laboratis inopia:
ignorantiæ tenebris inuoluti. Discedite ab obscuro lumine: ascī
scite immortalitē: corruptionē fugite. eorū uero partim deriden
tes absedebāt in mortis iter precipitati. partī autē ad pedes meos
prostrati: ut eos instruere præcabantur. subleuans igit̄ eos: dux
humani factus sum generis. ostendebā quippe illis quæ ratio es
set consequendæ salutis. sapientiæq; sermones illorum auribus

in fondebā. Quo factum est. ut illi ex imbrum procellis emer-
rent tandē aduētante uespere: soli s̄q; radiis occidentibus. ut deo
gratias agerent præcipiebam. Postq̄ uero gratias egerant. quicq;
in proprium se cubile cōdebat. Ego autē Pimandri beneficium
in scriptis penetralibus animi. atq; adeptus que petierāt oīa. ī gau-
dio requieui. Corporis enī somnus cum sobrietas extiterat. ocu-
lorum cōpressionē uetus intuitus. silentium meum bonitatis foe-
cunda pregnatio. sermōis prolatio bonorū oīum genitura. Hæc
mihi contigerunt ex mente haurienti. i. ex Pimandro diuine po-
tētis uerbo. Vnde ipse diuino afflatus spiritu. ueritatis compos
effectus sum. quamobrem oībus animi uiribus. patri deo gratias
ago. Sanctus deus pater oīum. Sanctus deus cuius uolūtas a pro-
priis potestatibus adimpletur. Sāctus deus qui suis familiaribus
innotescit. Sanctus es. qui uerbo cuncta constituisti. Sanctus es.
cuius imago est omnis natura. Sanctus es quē nunq̄ natura crea-
uit. Sanctus es oī ptāte ualidior. Sanctus es oī excellentia maior.
Sanctus es oī laude melior. Excipe uerborū sacrificia sancta ab
aīo & corde debito tibi manātia. Ineffabilis solo silentio predicā-
dus ab eo: qui fallacias ueræ cognitiōi cōtrarias declinauit. An-
nūc: corrobora me: atq; huius gr̄æ participes effice eos: q; in igno-
rantia uersant. cognitione quidē mihi fratres: tibi autē filii. Etenī
fidē tibi presto. testimoniū de te perhibeo. In uitā ac lumē assur-
go. Ipse pater es uenerandus. hō aut tuus. sanctitate una tecum
potiri desiderat. cū ptāte illi oīum arbitriūq; concesseris.

MERCVRII AD AESCV. SERMO VNIVERSALIS.

d Eus atq; ipsa diuinitas dico nūc nō qd̄ genitū uidelicet
q̄ ingenitū. Si ergo diuinū sit: essentia est. sin deus etiā
sup̄ essentia. Intelligibile aut id hoc pacto intelligibilis. n.

deus primus nō sibi: sed nobis extitit. Intelligibile quippe intelligē
ti per sensum subincidit. Deus itaq; minime sibi intelligibilis. Nō
enī aliud quiddā existens: preter id quod intelligit intelligit a se
ipso. Est tamē differēs quiddā a nobis: iccirco a nobis intelligit.
Quod si intelligibilis logos: nō deus: Sin ut deus haud sane: ut
logos uerbū tanquā discretus dicatur. Omne aut quod mouet:
nō in moto: sed in quodā stabili mouet. Ipsum quoq; quod mo
uet etiā pmanet. ipossibile. enī est cū eo simul agitari. **AESC.V.**
Quonā igit pacto Trismegiste: ea quæ in mūdo sunt: mutant
una cū iis: quæ mouet. Nā speras erraticas. ab a plane spa moueri
dicebas. **TRIS.** Iste nō motus o æsculapi: sed resistētia est. Non
enim eodē sed mō contrario gradiunt. Oppositio uero reuerbe
rationē motionis stabilē cōtinet. Repercussio enī stationis: agita
tio est. Iūq; erraticæ spere contrario: ac a plane subalternæ inuicē
discurrendo: obuiatione cōtraria circa oppositionē huiusmodi:
ab ea quæ præstat: agitant. Quod quidē aliter habere se nequit.
Nā arctos ipsas: quas nosli: nec exoriri unquam: nec mergi circa
idē perpetuo recurrentes: non moueri censes: an consistere poti
us. **ES.** Moueri o trismegiste. **TRISME.** Quonā motu æscu
lapi. **ESC.V.** Motione circa idē sempiternæ currēte. **TRISME.**
At uero circulatio illa idem. & circa idem motus statione contē
tus. Ipsum nāq; circa idem prohibet: quod super ipsum est. Im
peditum autem id quod super istum est circa idem instat. Atq;
ita contraria agitatio firma est. ab ipsa oppositione perpetuo sta
bilita. Exempla tibi ante oculos ponam. in terris uiuentium uelu
ti. dum homo quis natat. currente nimirum aqua. manuū simul
& pedum repercussio stare hominem efficit. ne cū aqua pariter
collabatur. aut mergatur in eam. **ESC.V.** Perspicuum o trisme
giste exemplum in medium attulisti. **TRIS.** Quodcumq; ergo

mouetur in statu. a statu mouetur. **Motus** itaq; aialis ois. quod ex materia cōstat: nequaquā fit ab is que sūt extrema mūdū. cæterū ab ignis ad externa. seu ab aīa siue a spiritu. siue ab animo quodā incorporali. corpus enim corpus animatum minime mouet si neq; totum simul corpus. & si inaiatum existat. **AESC**V. Qua ratione id afferis o trismegiste. **TRI**. Ligna & lapides: & cætera omnia. quæcunque animam habent: nō mouentur a corporibus æsculapi. Quod enim in tra corpus mouēs ipsum inanimatum: non utiq; corpus illud est. quo mouentur utraq;. Et corpus eius quod fert. eiusq; quod fertur. Non illud quoq;. quod dictum est. animatum est ob eam potissimum rationem quod mouet. Nonne ergo perspicis animam tunc onerari maxime: quando sola duo corpora sustinet: Quinetiam manifestum est quicquid mouetur. in aliquo & ab aliquo stante moueri. **ESC**VLA. In illo utique mutari oportet: quæ mutantur o Trismegiste. **TRIS**. Recte dicis o æsculapi. Nihil est in rerum ordine uacū. Solum uero quod non est quod priuatur existentia: uacuum nūcupandum. Nihil enim reperiri potest. quod eum existat uacū sit. **ESC**V. Nonne reperiuntur quædā uacua trismegiste: ueluti doliū uacū: uacuis puteus & similla quoq; q̄ plurima. **TRIS**. Heu q̄procul a ueritate uagaris o æsculapi. quæ ampla. & maxie oīum plena sunt. ea tu uacua putas. **ESC**VLA. Quomodo id o trismegiste: **TRIS**. Aer profecto corpus ē. id corpus reliqua penetrat. discurrensq; replet omnia. Corpus enim huiusmodi est: ex corporalibus non compositū. Quo sit. ut quæcunq; tu uacua nuncupas: plena sint aeris. Itaq; concaua potius ista q̄ uacua nominari debent. Nā & existunt. ac aeris. spiritusq; sunt plena. **ESC**VLA. Inuicta atq; indubia hæc est ratio trismegiste. Aer corpus est. id corpus in reliqua permanat. atq; influens cōplet omnia.

Locum in quō omne mōuetur. quid esse dicemus: **TRIS**. Incor-
poreum oꝛ sculapi. **ESCVLA**. Incorporeū uero quid est: **TRI**.
Mens ac ratio se se complectens: libera ab omni corporis mole.
ab errore aliena. ipassibilis. intangibilis. ipsa sibi assistens purgās
atq; seruans omnia. Cuius radi sunt bonum ueritas pꝛincipale lu-
men pꝛimaq; animarū forma. **AES**. Deus qd est: **TRIS**. Quod
nullum ex iis est. horum tamē oꝛum ut sint: causa pꝛæsens quidē
cunctis pꝛæsens etiam unicuiq;. neque quicquam permittit non
esse. Omnia ex iis quæ sunt: procreantur. De nihilo autem nihil
prouenit. Nam quæ minimæ sunt: naturam nullam habent: qua
fieri ualeant: contra. ea quæ sunt: naturam non habēt: per quam
aliquando non existant. **ESCV**. Quid igitur ais de non esse ali-
quādo: **TRISME**. Deus pꝛofecto mens non est. at uero ut sis
mens: causa est: nec spiritus. sed causa: qua spiritus extat. nec lu-
men sed causa: qua lumen existit. Vnde deum colere oportet
duobus iis cognomentis: quæ soli competunt illi. Cæterorum ue-
ro nulli penitus congruunt. Et enim ex iis: qui pꝛæter ipsum ap-
pellantur dii: seu dæmones. siue homines: nullus tam bonus po-
test: quam deus unicus. is enim ipsum bonum est: nec aliud quic-
quam pꝛæter bonum. Reliqua omnia ab ipsa boni natura se-
creta sunt. Corpus quidem & anima locum habent nullum. quo
bonum capiant. Tam ampla enim est bonitas: quam existētia
rerū omniū: tum corporaliū tū etiam incorporaliū sensibiliūq;
& intelligibiliū: id bonū est: is est deus. Caue itaq; ne quando di-
xeris aliud quicquā bonū: prophanus enim hic foret error. Neq;
& dixeris deum aliud quiddā: pꝛæter solū bonum. In eādē qp-
pe impietate incideres. Sermone igitur ab omnibus bonum pro-
nunciatur. Quid tamen sit. ab omnibus non intelligitur: iccir-
co deus non cognoscitur ab omnibus. Verū propter ignoratiā

tum deos: tum & nōnullos homines bonos nominant. Nunq̄ ta-
men eē boni possunt nec etiam fieri. Reliqui igitur dii cūcti im-
mortales honorati noīe dei. Deus aut̄ bonū non secūndū hono-
rationē. sed ipsa sui natura. Vna enim dei natura est: ipsum sci-
licet bonū. Vnū quidē est in utrisq; noībus: unde cuncta gene-
ra profluunt. Bonus enim porrigit uniuersa: nec accipit quicq̄
Deus exhibet omnia: capit nihil. Igitur deus bonum ac bonum
deus. Altera dei appellatio pater est: ob eam cām. quia omnia gi-
gnit. Patris enim officiū est generare. Qua propter præstans id
inuita censetur studium: atq; ipsum apud sapientes: procreatio
liberorū. Extrema uero omniū calamitas & impietas accidit illi
qui absq; filiis e uita decedit. Qua de cā. demōibus dat pœnas
post obitū. Suppliciū deniq; huiuscemodi est: ut sterilis anima ī
corpus quoddā piudiciū migret: Cui nec maris nec seminae na-
tura insit. Quod quidē a sole eleuatū est: atq; connexum. Igitur
o aesculapi cum hoīe: qui nullos genuit filios: nullū hēto cōmer-
ciū. Infelicitatis tamen eius miserere: cū noueris quæ hunc mul-
ta post interitum maneat. Tot igit̄ tibi & t alia dicta sit o aescu-
lapi: ex quibus præcognitio quædā oīum naturæ colligitur.

Mercurii Sermo Sacer.

Floria oīum deus: diuinum: diuina natura: principium
uniuersorū: deus: mēs: natura: actus: necessitas: finis: &
renouatio. erat. n. umbra infinita in abyſſo. aqua in sup
& spiritus tenuis intellectualis: per diuinam potentiā in chaos in-
crāt. Floruit aut̄ splendor sanctus: qui sub harena & humida na-
tura elemēta deduxit. Diisq; oēs seminalē naturā deligebāt: Cūq;
indistincta fuissent: leuia postmodū in excelsam regionem pro-
uolarunt. grauia sub harena humida residerunt: Distinctis libra-
tisq; rebus. igneo spiritu uehebantur. Emicuit cœlum septem in

circulos. Dii in astrorum ideis: cum signis eorum cōspiciebant.
Dinumeratae sunt stellae secundum eos. qui inhabitant illas deos:
ambitus amplior cursu suo: aereo circulo: cōspiranter diuino spi-
ritu uestus. Quisq; deorum ex iterna uirtute ascriptū sibi opus
expleuit. Nata sunt ergo uiuēria: quadrupedia. reptilia. aquatica
simul. atq; uolantia. Satio item oīs per semina pululans gramen.
herba. atq; germina florum. sementem quodq; regenerationis i-
trinsecus comprehendebant: Generationem hominū ad diuino
rū operum cognitionē. testimoniumq; naturae. ad imperandum
oībus quae celo teguntur. ad bonorū discretionē. ad incrementū
generis numeriq; propaginē. Omnisq; anima uelata carnis um-
braculo. ad coelestiū deorum discursum suspiciendum ad opera
dei. & naturae progressus. ad bonorum signa ad potestatis diuinae
cognitionē. Portio quaedam turpida est ad bonorum malorūq;
iudicium ac bonorum uarium artificium inueniendum. Incipit
tamen in illis uiuere. sapientiamq; nācisci. ad portionē continue
cursus deorum circūeūtiū. resolui praeerea in id. i quo amp'a
extabunt monumenta. admonitiō: & artificiorum sup terram
electis in nomine tēporū herbae generationeq; carnis animatae.
Tabefactus semētibus fructuū opificisq; naturae & artis reiuue-
nescent. Deniq; uesci necessitate. & renouatiōe deorum cursuae
circuli numerosae naturae. Diuinum at ipsa scilicet omnis conspi-
ratio mundi. natura denuo florescēte: etenim in ipsa diuitate na-
tura etiam consistit.

MERCVRII AD TATIVM CRATER SIVE MONAS

Niuersum mūdū uerbo nō māibus fabricatus ē opifex
u Ipse uero sic cogita illū praesentē semp agētē oīa: deum
unicū uolūtate sua cūcta cōstituētē. Id. n. eius corpus ē.
nō tangibile: nō uisibile. nō dimensum. nō distans neq; alterius

C

120

cuiusq̄ simile. Nā nec ignis nec aq̄ nec aer nec & spiritus. Verū
abeo hæc pendēt omnia bonū uero ita est: ut sibi soli id cōpetat
Terrā quoque ornatu quodam diuini operis exornare uoluit.
Dimisit itaque hominem mortalis animātis, mortale animal, &
mundus quidē refertus animalibus uiuentis mundi per itellētū
atq; rōnē Hō enim effectus est diuini opis cōtēplator. Qd̄ profe
cto dū admiraret̄. auctore eius agnouit. Sermonē quidē o Pati
singulis hominibus deus ipertit. mētē uero nequaquā. nō quod
iūiderit. q̄b̄ ne utique iūidet. Liuoꝝ q̄ppe ab eo nō prouenit. sed
illa quæ habitat cū animis hominū mētē carentibus. TAT. Cur
o p̄i nō oib̄us deus mentē cōmunicauit: PRIS. Quoniā uoluit
eā o fili. in medio tanquā certamen. premiūq; animarū propone
re. TAT. Vbinā hāc locauit. TRIS. Cum craterē patulum hac i
pleffet. præconē misit. iubens talia quādā animis hominum nun
ciare. Mergat seipsam in hanc paterā. quæcūq; potest: quæ uide
licet credit craterem animam a deo. qui demiserat. redditurū.
Quæue finem noscit. cuius gratia nata fuerit. Quicumque igit̄
præconum exaudierunt. seæ miserunt in mentem. ii cognitionis
participes effecti sunt. mentēque suspicientis in hoies perfectos
cuasere. At qui præconium neglexerunt. hi sermonis quidē par
ticipes. mētis autem expertes. relictī s̄nt ignorātes: & cuius gra
tia. & a quo geniti fuerint. Horum præterea. sensus irrationalis
animantis sensuum similes: iraque & cupidine impliciti. ea quæ
sunt digna conspectu: nequaquam admirātur. Nam libidinibus
corporis mancipati: horum causa natum hominem arbitrantur.
Quicumque uero dei materia fulti sunt: ii o Tati secundum ope
rum comparationem: pro mortalibus immortales habentur. in
telligentia sua cuncta complexi quæ in terra sunt: & quæ in ma
ri: & si quid est præter ea supra cœlum. Atque a deo seipsos eri
gunt: ut ipsum quoque bonum intueātur. Quod sane cum per

spiciunt eam. qua hic uescimur uitam: miseriam quandam arbitrantur. Despicientes utique tum etiā corporea omnia ad unum solum feruntur. Hic o Tati scientiam mentitus est diuinorum: si contemplatio est intelligentia dei. diuino existente cratere. **TAT.** Equidem o pater huius crateris. latice abluī cupio. **TRISME.** Nisi o fili tuum corpus oderis. te ipsum amare non poteris. Quam primum uero non te: sed deum ipsum dilexeris. mērem protinus consequeris. hanc denique nactus scientiam: ea uestigio nancificeris. **TATIVS.** Quonam pacto asseris hęc o pater. **TRISME.** Impossibile est o fili: utrisque simul intendere: mortalibus uidelicet. atque diuinis. nam cum duo tantum in ordine rerum inueniantur: corporeum: & incorporeum: & illud quod dem mortale: hoc diuinum dicatur electione unius amittimus alterum. quotiensque unius cura remittitur: alterius actus intenditur. Potioris itaque optio: eligenti decora non modo hominem: qui elegit: deum reddidit. uerum pietatē erga deum ceteris quoque demonstrat. Deterioris autem electio: hominem quidem ipsum perdit. aduersus autem deum nihil præter id unum delinquid scilicet quod quemadmodum pompæ per media trāseunt: ipse quidem nullius actionis compotes: cæteros autem impedientes. Haud secus isti pompæ instar uagantur: atque oberrant propter corporis uolunptates. Cum hęc igitur ita se habeant o Tati: diuina officia præcedere: humana sequi debet. Deus profecto extra culpam. malorum a nobis causa uenit. nā mala bonis anteponimus. Cernis o fili quod corpora cœlestia transcendere nos opus est. quodque choris dæmonum abesse ambitumque astrorum corūque progressus superare: ut ad unum solumque deum tendamus. Insuperabile enī bonum est: sine termino infinitū. quo ad se nunquam incipiens. quo ad humanā cognitionē. principiū habens. Eius/

modi tamen cognitio nō eius initium est. sed nobis ipsius cogniti principium exhibet. Principium itaq; complectamur. Hoc enī cognito: uniuersa celerrime discurremus. Arduum autem est cōsuetā ac præsentiā relinquentem. ad superiora se potioraq; conuertere. illa enī quæ oculis cernimus: nimium nos delectant. latētia diffidentiam pariunt. Patentia autem sane mala sunt bonum occultum his. qui manifestis incumbūt. Nec enim forma eius ulla: nec figura. hac de causa sui tantum simile cæteris. horum uero dissimile. Etenim corpori. incorporeum apparere non potest huiusmodi est simile ad dissimile differētia dissimilisque ad id quod simile est. Posteritas. Monas. id est unitas omnium principium radix atq; origo. absq; uero principio nihil. Initium autem est non principii. sed alterius. monas ergo pricipium. omnemq; numerum continet. A nullo contenta. omnemque gignit numerum nullo numero genita. Quicquid utique genitum imperfectū diuiduum crescēs atq; decrescēs. Ei uero quod perfectum. horū nihil accidit id sane quod augetur. uirtute monadis augetur. Eua nescit autem imbecillitatem propria: cum ulterius monadem capere nequeat. Hæc tibi o Tati pro uiribus: imago dei subscripta sint: quā si diligenter consideraueris: oculisq; internis pronoueris: crede mihi fili ascensum ad excelsa comperies. Quinetiā imago ipsa te perducet: habet enim uim certam uisio eis: qui intuenti desiderio flagrant apprehendit eoq; trahit modo: quo lapis. q̄ magnes d̄tus e erram.

Mercurii Ad tatum Filium suum. Quod deus Latens simul ac patens est.

h Vnc præterea sermonē apud te transigā o Tati: ne pricipiū nomē tibi desit: neue ignores id. quod plurimis occultū uidetur esse perspicuum. Nam si nusquā pateat.

nihil utiq; erit. Quodcūq; se offert aspectui: genitū: quod uero
latet: sempiternū. Neque enī opus est: ut appareat: quandoquidē
esse nū quā desinit. Ante oculos quidem id: reliqua ponit: ipsum
uero secretū manet: utpote quod uita fruitur sempiterna. Etenī
phantasia sol ū: circa quæ genita sunt: uersatur. in qua præter ge-
nerationem nihil existit. At unicum id ingenitum. incomprehe-
sibile phantasia. Cū uero per ipsum cuncta clarescāt. per omnia
rursus atque in omnibus fulget. Hisque præsertim apparet. qui
bus ipse notiā cōmunicare uoluit. Tu igitur o fili mi Tati ī pri-
mis piis precibus obsecra dominū: patrem unicū: unum: & a quo
unus: ut sis illius misericordia dignus. Sic tādē deum tātum per-
cipere poteris. si uel unus dūtaxat illius radius itelligētiæ tuæ be-
nigne refulxerit. Sola siquidē intellectio latens: latētia perspicit.
Itaq; si mētis oculis ispexeris o Tati: ille tibi: crede mihi: patebit.
Deus sane totius expers inuidiæ: p singulas mūdi particulas ubi
que splēdet: atque adeo se notū præstat: ut nō intelligere modo:
sed manibus etiam ipsis: ut ita dixerim: liceat attrectare. Nam un-
diq; nostris oculis eius obuersat: seq; obiicit & incultat imago.
Quod si infimū te laudes: quomodo aut te ipsum: aut eū inueni-
es: Denique cū deum uidere uolueris. suspice siderū ordinem re-
liquorum. Quis age perpetuū horū seruat ordinē: Ordo quidē
omnis numeri: loci limitibus terminat. Sol deus deorū cœlestiū
præstantissimus Soli cœlites reliqui ueluti picipi regique parēt.
Sol tantus: terra simul amplior atq; mari: minores tamē supra se
stellas innumeras conuerti patitur. Quem timet is: quem ueret
o fili: Diuersorum siderum sunt motus. Quis mensuram singu-
lis motionis assignat: TAT. Arcturum circa idem se perpetuo
uertens: totamque trahens mūdi machinam. TRISME. Quis
hoc utitur instrumento: Quis mare suis finibus circumscribit.

T

75

Quis terræ pondus sistit: ac librat in medio: Est certe aliquis o
Tati: horum auctor: ac dominus. Et enim locum uel numerum:
uel mensuram seruire absq; auctoris uirtute impossibile est. Ordo
fieri ad deformitate nequit. Eget aut deformitas a domino: qui
ordinem prabeat. Utinam tibi daretur o fili facultas: ut alarum
de miniculo in sublimen aeris plagam uolares: mediamq; inter
cælum ac terram regionem sortitus: conspiceres terræ quidē so
lilitatem: maris diffusiōem: fluxum fluminum: aeris amplitudi
nē ignis: aet̄a cæleritatē. O fœlicissimum fili spectaculum: o bea
tissimam uisionē. Siquidem uno luminum motu seriem mundi
totius cōpræhenderes: immobilēq; factiorē concitū: latentē quo
que perspicuum cerneres. quod si per ea etiā. quæ terra substinē
tur fragilia: & aquæ profunditate cōduntur deum artificent iue
stigare uolueris: age fili: circūspice humani corporis opificium:
Cuius admonitiōe perdisce: quis tam pulcher imaginis cōditor.
Quis oculorum pictor. quis nares auresque tornauit. quis labia
distendit oris. quis neruos tetendit atque ligauit. quis irrigauit
uenas. quis ossa congeffit solida: quis carnem pellicula tenui cir
cuntexit. quis digitos articulosque discreuit. quis fundamenta
pedum extendit. Quis perforauit poros: atque meatus aperuit.
quis splenem coegit: atque compressit. quis pyramidem impres
sit cordi figuram. quis iecoris porro rexit fibras. quis pulmonū
sculpsit fistulas. quis aluo capacem amplitudinem tradidit. quis
honorāda corporis membra impropatulo figurauit. quis obse
cra in obscurum prorsus abdidit: eaque aspectu cernentium uoluit
secreta iacere. Vide quot diuinæ artis opera in una materia de
monstrantur. Singulaque pulchra: recteque dimensa: nec non
propriis inuicem officiis differētia. quisnam singula finxit: qua
lis mater: qualis pater: nonne hæc solus ipse inuisibilis deus cum

Et a propria uoluntate: molitus est: Et cum statuum & imaginem
absque fabro & pictore fieri nullus assere audeat: miram mun-
di huius constitutionem sine conditore constituisse putabimus.
O cæcum homunculum. o nimis impium. o profundis obrutum
ignorantiæ tenebris. Caue caue inquam o fili mi Tati ne unq̄ ar-
tificium priues artifice. Quinimmo cōgruo deum nomine præ-
iūocato. patrēq̄ eē propriū eius eximato qđ si me quiddā audaci-
us proferre coegeris: huius essentiā eē dicā: cōcipere ac facere in-
gula: quē admodū sine factore fieri quicquā nequit. Ita deū exi-
stere semper nisi semper agat omnia: impossibile est. in cælo ui-
delicet aere: terra mari: in toto mundo: in qualibet particula mun-
di: tum in eo: quod est. tum in eo quod non extat. Nihil est in oī na-
tura: quod ille ipse non sit. est ille siquidem: quæ sunt est ea etiā:
quæ minime sunt. Quæ quidē sunt: deduxit in lucē. quæ nō sunt:
occultit in seipso. Hic deus nomine melior. hic occultus: hic rursus
oīum patentissimus. hic meti conspicuus: hic præsens oculis: hic
incorporeus: hic ut ita dixerim multincorporeus: Nam nihil in corpori-
bus est: quod ipse nō sit. Omnia enī ipse solus existit. Nomina in su-
per habet omnia: quoniam unus est pater. Nomen quoque nul-
lum habet: quoniam pater est oīum. Quid ergo te laudabit: su-
pra te: an infra te positum: quo uertam oculos: ut te laudem supra-
ne: an infra: itus in extra: Num modus: an locus circa te: num aliud
quiddam ex oībus: In te autem omnia: abste omnia: præbes omnia
Nihil denique suscipis: omnia quidem habes. quid autem nō ha-
bes: id ipsum nihil. Quando uero laudabo te pater: Tempus &
momentum tuum capere nō ualemus. Qua potissimum in re lau-
des cantabo tuas: Num in his: quæ creaueris: an in illis: quæ nō crea-
ueris potius: Num in his forte: quæ in lucem e tenebris eruisti: an
in iis: quæ latent adhuc archano sinu recondita: Per quid tandē

hymnos tuo dicabo: nunquid in laudatione tali ego ipse mei iuris existam: an potius alter efficiar: Ipse profecto es: quicquid ego sum Ipse es: quicquid agā. Ipse es: quicquid deniq; dicā. Ipse enī es omnia: neq; aliud præter te quicquā. Quid sane nō es ipse: Ipse omne quodcunq; genitum. es quidem intelligens pater fabricans deus. efficiens bonū: bona faciens oīa. Materix nāq; purissimus aer. aeris anima animæ mens: mentis deniq; deus.

QVOD IN SOLO DEO BONVM EST: ALIBI VERO NEQVAQVAM. AD AESCVLAPIVM.

b Onum o Aesculapi in nullo ponitur nisi in uno deo immo ipsum bonum deus ipse semper. Quamobrē essentiam oīs motionis: atq; cognitionis: esse deum oportet. Hac essentia orbatum nihil: hæc circa se stabilem actum nullius egenum infinitum. superabundantem porrigētē possidet. Vnū id uniuersorum principiū. bonum porrigens & effundens bonū quotiens nomino bonū id: quod oīa bona: & quod bonum semper itelligit: hoc unico deo adest: neq; enī cuiusq; indignus est: ut adeptionē illius appetēdo malus fiat. neq; iactura cuiusq; in eum unq;. ut post damnū dolore afficiatur: Major enim portici mali. nec est illo ualidius aliud a quo expugnetur: in hunc iniuria incidere nulla potest: qua irritatus lacessitus ue excandescat. Nihil eius iugum subterfugit quo contemptus indignetur atq; irascatur nec est sapientius eo quicq; quod illi æmulationem incutiat. Itaq; cum hæc illi nō accidant: nihil eius naturæ præter ipsum bonum restitit. Quemadmodū uero nihil eorū: quæ mala sunt: in hac insunt essentia: ita in nullo alio bonum inuenitur. In singulis enim reliqua insunt singula: tum in paruis: tum in magnis: tum etiam in his quæ secundum unū. & in ipso quoq; animali maxio omnium atq; potentissimo: quod utiq; passioibus genita replet.

Nam generatio passio quædam est. ubi autē passio: nullo modo bonum. ubi bonum nō passio ponitur ulla. ubi dies nullo modo nox. ubi nox: neq; etiā dies. Quapropter in generatione bonum esse non potest. Restat itaq; in eo quod ingentum: ut autē materia concessa est oīum participatio. sic quoq; boni participatione: mundus bonus. bonum dico: in quantum ipse etiam oīa efficit. Qua quidē ex parte bonus est mundus: in reliquis oībus nō bonus. Passibilis enī ac mobiliis est: & omnium præterea causa passionum. In homine insuper comparatiōe mali: bonum. Id quippe quod non nimis malum quoq; minus malum: bonum in hoībus appellamus. Quo fit: ut bonum nostrū nihil aliud sit q̄ mali portio minima. Vnde illud & sequitur ut bonum huiusmodi: a malo separatū esse non possit. Inquinatur enim hoc bonum. admixtione malorū. Infectum uero ulterius bonum non permanet. Sin minime permanet: malum efficitur. In solo igitur deo bonū ipsum existit. Quare solum boni nomē o æsculapi. natura boni nequaquam. Neq; enim id capere potest materiale corpus cōfectum undiq; & oppressum prauitate: laboribus doloribus: cupiditatibus: iracundia: deceptionibus: stultisq; opinionibus: ac nugis. Deterrimū tamen oīum id censeo æsculapi: quod unū quodq; horum: que dixerī: summū credit̄ eē bonū. Fugiendum in primis malum est: uentris luxus: malorum oīum fomes. hinc error hinc boni priuatio. Equidē ingētes deo gratias habeo qui de natura boni cogitāti: mihi sententiam hanc certā infudit quod in mundo bonum esse non possit. Siquidem mundus cōgeries est malorum. Deus autem boni: uel bonum: dei exuberans plenitudo: Supremeinētia quippe bonorum circa essentiam sincere fulgentes atq; purissime. Neque forte sunt essentiæ dei. Audiēdū sane id assero o æsculapi: essentiā dei: si ullam deus habet essen

d

tiam ipsum bonum esse. Pulchrum uero & bonum in mundo aut in mundi partibus inuenire non licet. Nam quaecunque sensus mouent: idola sunt & uanae quaedam admirationes. Quae uero sensuum organa subterfugiunt: ad pulchrum bonumque pertinent. Vtraque acies oculi: deum non cernit: si necque pulchrum bonumque cognoscit. Haec siquidem partes dei sunt integrique illius propriae cognatae: inseparabiles precipueque dilectae ut has ipse deus amat: sic ab his ipse deus amat. si deum percipere poteris: pulchrum quoque bonumque percipies: profulgens omnibus illustratum a deo. Pulchritudo enim sine comparatione. Sine mutatione bonum. Deus enim comparationemque mutationemque nullam obmittit. Quae admodum ergo deum pulchrum bonumque noueris: ita sane: ex ceteris uiuentibus cum a deo discerni nequeant: nunquam comunicandum. Si deum quesieris pulchritudinem ipsam queres: quae tandem ad id ferat unica uia est pietas cognitioni coniuncta. Quae propter ignari mortales: & a pietatis semita de uia: hominem quoque bonum nominare non uentur. cum boni notitiam ueram habere nullam possit: sed malis irretitus & illaqueatus sit malumque bonum esse censeat: insanabiliterque malis utatur: eorumque iacturam: priuationemque formidet. Omnibus denique machinamentis uiribusque contendat: ne unum solum malo prematur: uerum & innumerata mala magnitudinemque augeantur. Talia sunt oesculapi decora hominum atque bona quae nec fugere nec odisse ualemus. omnium namque difficillimum id existit. obeam potissimum causam. quia nos illis uti oportet atque uesci illisque orbati uitam agere nullo modo possumus.

Quod summum malum hominibus ignorare deum.

Vo ruitis mortales: ebrii que merum ignorantie comibistis
 q Cum id ferre nequearis: euomite. Viuite sobrii: oculis
 mentis inspicite. Quod si minus potestis omnes saltem }
 .4

qui possunt: id agant: Ignorantia pestis omnem terram subuertit. animãq; corrumpit corporis uinclis inclusam. neq; finit eã salutis iter ardescere. ne permittite uos in lacum corruptionis mortisq; submergi. Respirate iam respirate: ad fontẽ uitæ recurrite. Illumq; qui uos introducet in aditum ueritatis: capescite Ibi fulgidum lumen nullius imixtum tenebris. Ibi nullus ebrietate delirat sed oēs sobrii uigilāt: atq; mētis oculis eū: q; uideri uult: accutius intuētur. Is nec auribus percipitur: nec cernitur oculis. neq; sermone profertur. Sola mens eum prospicit: sola mēs prædicat In primis autem oportet uestem: quam circumfers exuere. Indumentū insciã: prauitatis fundamentum corruptionis uinculū uelamen opacum: uiuam mortem: sensitiuū cadauer: sepulchrū circumuertile: domesticum denique furem. Quid dum blandiẽ odit dum odit: inuidet huiusmodi est: quo circumtegeris umbra culum inimicum. Ad seipsum te deorsum raptat. ne forte cõspiciẽs ueritatis decorem: ad proximum bonum huius oderis prauitatem: neue huius insidias: quas in te assidue machinatur. aliquãdo presentias hoc aciem interiorum sensuum haberat: & obtundit. Crassa illam materia suffocat: abhominabili fastidiosaque ebriat uoluptate ne audias unquam: neue perspicias ea quæ iure & audienda sunt. & in primis inspicienda.

Nihil eorum Quæ sunt interitus: Sed mutationes: Decepti Homines interitum nominant ad tatum.

E anima & corpore o fili dicendum. quonammodõ imordalis aia quantaq; sit agendi uirtute: in concretionem dissolutioneq; corporis. Mors ad horũ nullũ attinet. Thanatos enim i. mors conceptus quidem est mortalis appellationis uel uanũ quiddã: uel per ablationẽ priã litteræ. thanatos. i. mors pro eo quod dicitur athanatos. i. immortalis. Thanatos enim interi

ii d

tum significat. At nihil eorū: quæ in mundo sunt interit. Si enī secundus deus est mūdus: necnō immortale uiuens: impossibile est immortalis animantis partē aliquam interire. Quæcunq; mūdo insunt mundi sunt membra. homo præsertim animal ratiōale. Primus omnium uere sempiternus: immortalis: ingenitus deus omnium auctor Secundus deinde ad illius imaginem: mundus ab eo genitus: & ab eodē seruatus: nutritus: & immortalitate donatus. uelut a proprio patre uiuēs quidē semper & immortalis etenim semp uiuens quidē semp & immortalis etenī semper uiuēs: & sempiternū hoc inuicē differūt: quia sempiternū qdē ab altero factū nō est. si autē fiebat a seipso: nō ab aliquo factū fuit quia fit semp. Sempiternū. n. quatenus sempiternū est oē: p̄ autē illi sui ipsius sempiternus. At uero mūdus a p̄re semp uiuens immortalisq; factus. Quantūq; materiæ fuerat subiectū patri. pater ipse corporeum agens & in molem cōgregans: id totum spericum reddidit. Imprimens qualitatem materiæ existēti immortalis: rationeq; materiæ sempiternum habenti. Plenis autem ideis omnibus qualitates pater miserens in speram: uelut in gyrum omni qualitate circumscripsit. Exornare autem uoluit id: quod post ipsum est. quasi immortalitate fulciens omne corpus ne materia ab huius congressu discedere uolēs: in suam deformitatē iterum resoluatur. Quando enī incorporea erat materia o fili: deformior erat. habet hæc quoq; materia qualitates quæsdā exiguas reuoluta crescēdi pariter & decrescēdi natura: quæ in hoīes mortem uocant. Huiuscemodi autē confusio circa terrena uiuentia. Cælestium quippe corpora unū atq; eundē seruāt ordinē: quæ scilicet primū a patre suo sortita sunt. Seruat autē ipse a restitutione cuiusq; idissolubilis. Restitutio uero cōstitutiōis corporū terrenorū: ipsaq; dissolutio in corpora dissolubilia: & immortalia

restituatur. Atque ita sensus priuatio fit: non destructio corporum.
Tertium quoque animal homo ad imaginem mundi genitus secundum patris uoluntatem sese habens praeter caetera terrena uiuentia: non modo cum secundo deo cognitionem habet: uerum etiam Intelligentiam primi. Secundum plane deum utpote corporalem sensus comprehendit. Primum uero deum ut incorpoream: bonamque mentem mente consurgit. TATI. Id ergo animal nonne destruitur: TRIS. Melius melius ominare o fili: ac insuper meditare quid deus: quid mundus: quid animal immortale: quid animal dissolubile. Scito quoque mundum a deo simul atque in deo: hominem uero a mundo & in mundo consistere principium autem comprehensioque omnium & constitutio deus.

Quod in solo deo perfectum ac bonum: Alibi uero nequaquam.
At aesculapium.

Eri o Aesculapi perfectam edidi orationem in praesentiarum autem necessarium esse arbitror: ut de sensu breuiter disseramus. Sensus ac motus in hoc potissimum discrepare uidentur: quia hic quidem secundum materiam: ille autem secundum essentiam est. mihi tamen uterque conuenire uidetur: neque distingui in hominibus ratione. Intus animantibus sensus nunc unicus est: in hominibus autem intelligentia. Ab intelligentia quidem intellectus differt quemadmodum a diuinitate deus. Diuinitas enim a deo intelligentia uero ab homine prouenit. Haec sermonis est soror: aut utraque sibi inuicem instrumenta. Nam neque sermo absque intellectione pronunciat: neque intellectio absque sermone prodit in lucem. Quapropter sensus & intelligentia in homine: tanquam connexa conspirant inuicem. Neque enim sine sensu intelligere: neque sine intellectu sentire uolomodo possumus. Intellectionem tamen absque sensu intelligere possibile est in istarum eorum: qui in somnis phantasmata uident ta /

men quoque uidentur utraque operationes in somniorum uisionibus exteriorius: sensu autem ex somno in uigiliam suscitari. In animam praeterea corpus. homoque unitur. quotiensque utraque sensus particulae sibi consentiunt. tunc intellectio concepta mente disponitur. Mens omnes notiones concipit. bonas quidem: quotiens a deo semen infunditur contrarias autem. cum a demonibus quibusdam spermata iaciuntur. Nulla perfectio mundi pars est demonum praesentia destituta: horum lumen ab ipso deo totum descendit Deum denique transfusus in hominem: semina propriae orationis inspergit. Mens autem conspersa semibus praegnantem ide parit adulteria: stupra: homicidia: patricidia: sacrilegia diuinorum contempum iugulationes: euerfiones urbium: pestes hominum: & reliqua omnia quaecunque malorum sunt opera demonum Dei plane semina pauca: at illa quidem magna. pulchra bona. uirtus. scilicet temperantia: pietas: pietas autem dei cognitio. Deum qui recognoscit: bonis refectus omnibus: nationes diuinas assequitur nationes inquam haud multorum similes. Qua de causa si qui huic se cognitioni dedicant nec ipsi uulgo placent: nec uulgus illis. Insanire deum putant: risumque reportant. Interdum etiam odio habentur: contumeliis afficiuntur uitaque priuantur. Improbiter enim huic habitare diximus: terramque illius esse prouinciam. Terram dico non mundum totum ut impii quidem obloquuntur: uerumtamen homo deo deuotus: quam primum diuinam praeuolauerit uisionem obliuioni reliqua omnia tradit: atque etiam quae reliquis hominibus mala sunt: huic ut bona contingunt: consulenti prudenter: & ad scientiam singula referenti. quodque mirandum est: mala semper in bona penitus conuertantur. Sed iam ad sermonem de sensu iterum redeamus. humanum est: sensum cum intellectu coniungere. Nam omnes ut supra retuli: homines intellectu feruntur. Ceterum iecundum

materiam unus: alter secundum essentiam. Qui enim prauitatis
seruus est materialis. a daemonibus quoque ut diximus: intelligē
di semen accepit. At si qui bonitatis animæ sunt: horum naturā
ipse utatur. Deus enim oīum auctor: efficiens autem omnia: sibi
ipsi consimilia reddit. Hæc tamen genita bona ī operationis usu
sterilia. Mundi nam quæ reuolutio generationes exagitans: qua
litates efficit: Quasdam inficiens: maloque foedas. Quasdam de
fensans: bonoque purgans. Mundus o aesculapi sensum motū
que possidet. non humano sensui motuique consimilē sed potē
tiorē sane atque admodū simpliciorē. nam sensus & inte'ligētia
mundi: id unū est. Cuncta scilicet facere: ac reso'uere. Diuine uo
luntatis organū: hac potissimum ratione constructū: ut adeo se
mina suscipiens uniuersa: eaque tuto sinu recondens: omnia qui
dē cōponendo producat. oīa rursus auferat diuidendo: atque in
star agricultoris periti: quodcunq; nimis adultū est. amputat. ut
statuitis tēporū iteruallis: reuirescat. nec est quicquā: cui uitā mū
dus ipse non præstet. Simu'que uitæ locus est: est atq; etiā institu
tor. Corpora uero ex materia indifferentiā cōstant: horū quædam
ex terra quædam ex aq̄: ex aere alia: ex igne quoq; p̄ multa uniuersa
certe cōposita. Quædam tamen cōgelata magis: nōnulla uero sim
pliciora. Illa grauia: hæc leuia. Velocitas autē agitatiois: illius ua
rietatē generationē qualitatis iducit. Spiratio enī crebra existēs:
corporibus qualitātē una cū supabundantia uitæ suppeditat. de
us igitur Cosmi. i. mundi pater. Cosmus autē eorū quæ ī cosmo:
& cosmus quidē dei filius. Que uero in cosmo sub cosmi ditio
ne consistunt. ac iure cosinus appellatus est. Omnia siquidem ua
rietate generationis id est exornat. nec non indefinen
tia uite operatione perpetua necessitatis: celeritate clemētorum:
commixtione: ordinē genitorum Ipse igitur Cosmus. i. ornatus

necessitate simul & merito noīatus est: animantiū oīum sensus & intellectio Quæ ex externis influunt ab eo: qđ cōtinet in spira ta. Cosmus autē quæcūq; ab ipsa origine suscepit a deo ppetuo seruat. Deus profecto: non ut quibusdā uidetur: sensit menteq; captus est li. n. miseri pressi perperam obloquuntur. Quæcunq; sunt o Aesculapi in deo simul: atq; a deo pendentia: partim per corpus agentia: partim mouentia per essentiam anima'em: alia per spiritum uiuificantia: alia uero receptacula defunctorū. Rectius autem dicemus deum talia nō habere: sed ut ueritatem liq dam exprimamus: ipsum esse cuncta fatebimur. Nec ea quidem ab extremis capere ad extrema nihilominus porrigentē. Id est sensus & intellectio dei. Vnde nulli unq; futurum est tempus. i quo existentium aliqd in nihilum euanescat: Quotiēs uero existētia dico dei dico thesaurum. Nā existētia ipse deus amplectit. Extra hunc nihil est. extra nihil ipse. Hæc tibi o Aesculapi intelligenti: uera uidebuntur ignorantia autē: incredibilia. Intellegere. n. ipsum credere est. at nō credere: proculdubio ignorare. Sermo siquidē meus ad ueritatem usq; cucurrit. Mens quoq; ampla & a sermone ad certum quiddam deducta: ueritatem atigit. Deniq; cōprehendens omnia: eaq; inueniens consona illis: quæ interpretabatur e uestigio credidit: & in ipsa fide decora foeliciter requieuit. Quæ igitur de diuinis dicuntur: intellecta creduntur qdem: non intellecta negantur. hæc aut de intelligentia dicta sufficiant.

Mercurii Trismegisti Clauis ad Tatum.

Eternū o Aesculapi sermonē ascripsi tibi Vnde equū est hodiernum Tatio dedicare: eoq; magis id opera precium: quo disputatio præsens: omniū ad illū a nobis antedictorum compendiarum quædam summa futura est. Deus & pater & bonum o Tati naturam eandem: immo eūdem actum habent

Illa siquidem augmēti: diminutionisq; appellatio est: quæ circa mutabilia & imutabilia. id est humana & diuina uersantur. Quorum unumquodq; ille uult esse: alibi uero actum: quæ admodum in aliis demonstrauimus: diuinorum atq; humanorum quæ quidem in hoc intelligere necesse est. huius actus uoluntas est: huius essentia uelle cuncta subsistere. Quid est deus & pater & bonū: nisi ipsum esse horum oīum nōdum existentium: Quinetiā existētia ipsa horum dum sunt: id deus: id pater: id bonum: cui nihil aliud ex omnibus applicatur. Mundus enī ac sol eorum: quæ sunt secundum participationem pater: non tamen uiuentibus uitæ bonitatisq; causa. Quod si hoc ita se habeat: comprehensus agitur a uoluntate boni: sine qua: nec eē unq̄. nec fieri potest: Cū filiorum pater. tum procreationis: tum etiā alimenti: per solum appetitum boni suscipiens. Nā bonum actiuum est: id alteri cōuenire: quā illi nequit. Quod cum accipiat nihil: uniuersa uult eē: Non dico o Tati uniuersa facit: faciens enim longo quodā tēpore: deficiens ac indignum est. Siquidē interdum facit: interdū cessat: egenum quidē & quantitatis: pariter & qualitatis. Nonnunq̄ qualia & quanta disponens: alias horum contraria. Deus autē & pater & bonum: eo ipso quod oīa est. Tale igitur ei quidem ista præcipere potest. Etenim hoc uult esse: & est. Et ipsum maxime uero ipsi: nam cætera oīa propter ipsum. Proprium quippe boni: o Tati sese notum præbere id bonum est o Tati. TATIVS. Visionis p̄ bonæ & pulchræ nos participes reddidisti. Vnde meæ mentis oculis uisione quasi iam expiatus est. TRIS. Neque uero quemadmodum solis radius: fulgore nimio corrumpit oculos: calligantesq; reddit: sic ipsius boni conspectio. Illustrat enim: atq; oculi lucem eo magis exauget: quo quis capere magis potest intelligibilis splendoris influxum. Velociter est & acutior diuina

c

lux ad penetrandum innocētiaq; & immortalitate singula com-
plens. Qui nitorem hunc a corpore uberius haurire possunt: Ob-
dormiūt saepenumero a corpore ad aspectum pulcherrimū: quē
admodum Celius & Saturnus nostri progenitores assurgunt.
TATI. Vtinā & nos pater. **TRIS.** Vtinam o fili. Ad huc tamē
imbecilliores sumus ad conspiciendū. Tunc autē poterimus mē-
tis oculos eleuare: bonumq; decorem incōpræhensibilēq; prospi-
cere: cum nihil de illo prorsus dixerimus. Eius cognitio diuinum
silentium est: & intenta omnium applicatio. Qui id intelligit: nil
potest aliud cogitare. Qui id meretur: nil præter ipsum aliud in-
tueri. Qui id audit: nil audire post ipsum: neq; corporis etiā sui
membra mouere. Vniuersis profecto corporis sensibus motibus
q; solutus: intrepidus agit. Nam qui totum circumlustrat undiq;
mentem totam quoq; irradiat: animam abstrahit totam a corpo-
re: totam in essentiam deniq; dei transfiguratur. Impossibile enim
o fili animam hominis: in corporis face iacentem diuinam assū-
mere formam. Neq; licet etiam dei pulchritudinem contueri: ni-
si quis ante in deum fuerit reformatus. **TATI.** Quonam pacto
id dicis o pater: **TRISME.** omnis animæ distributio o fili. **TA-
TIVS.** Mutationes autem quonam modo interim distribuens.
TRIS. Num in his quæ generatim diximus audisti: quemadmo-
dum ab una mundi totius animæ: uniuersæ profluūt animæ per
omnem mundum tanq̄ distributæ circūcurrentes: Harum utiq;
animarum mutationes permultæ: partim sane in melius foelitiū
q; partim autem in contrariū. Nam reptilium quædam in aqua-
tilia transmigrant: aquatilia animæ in terrestria migrant terre-
norum in uolatilia scādunt: aereorum uertunt in hoīes: hoīum
deinde immortales animæ in demones trāseunt: demum in deo-
rum chorum foeliciter reuolāt. Chori deorum gemini. uagantiū

unus: nō uagātū alter. Atq; hęc est suprema animę gloria. Anī
ma uero in corpus humanum delapsa: siquidē mala p̄seuerat
rit: nō gustat immortalitatis quicq;. neq; bono etiam fruit. Reuolu
to autem itinere in reptilia p̄cipitans: hęc utiq; adiudicatio po
naq; est animę malę: prauitas animę: ignorantia. Aīa naturę re
rum boniq; inscīa: orbata oculis: corporis sese passiōibus iplicat.

Anima .i. mali dæmonis ritu corruta. seipsā igno
rans abiectis corporibus: monstrisq; deformibus: seruit. Corpus
suum uelut onus infestum circūfert: non p̄siciens corpori: sed
ob ignorantīā subiugata. Contra uero uirtus animę cognita est.
Eruditus. n. re uera: bonus: pius: diuinus. TAT. Qui hic est o pa
ter. **TRISME.** Qui nec loquit. nec audit multa. Qui duobus
sermonibus: seu dicendis siue audiendis: itendit: & pugnat in te
nebris. Nā deus: & pater: & bonum: nec lingua pronunciat: ne
que percipitur auribus. Cum hęc igit̄ ita se habeant in omnibus
quę sūt ex eo: quod seorsum ab illo esse nequāt: sensus isunt.
Inter cognitionem autē: ac sensum multum itere est Sensus enim
superantis motus existit cognitio: sciētię: terminus. Sciētia dei
donum. siquidem una quęq; sciētia incorporea mēte utens ut
organo: mens autem corpore. Quāobrem utraq; in corpora:
tum intelligibilia. tum etiam materialia recurrunt. Ex oppositio
ne. enim & contrarietate constare omnia necesse est: neque aliter
se habere possibile est. **TATI.** Quis igitur materialis iste deus.
TRISME. Mundus: pulcher quidem: non tamen bonus: etenī
ex materia constat: passionibusque subiicitur. Primusque est eo
rū: quę patiuntur. Secundus autē eorum quę sunt. Indigus p̄
terea suapte natura factus: aliquando semper existens: in genera
tione atq; genitus: qualitatūq; & quantitatū omniū genitura.
Mobilis enim. Omnis autem materialis motio: generatio dici de

bet. Intelligibilis quoque status hoc pacto: motum materiale agitatur.
Quonia mundus sp̄a ē. i. caput nec supra materiale quocquam. Quē
admodum neque aliud sub pedibus intelligibile: at materialia cun-
cta: Mens uero caput in circulum agitata. i. secundum naturam
capitis motum. Quotcūque igitur cōtigua sunt: capitis illius pel-
licula: quæ sane aīa est: immortalia nata sunt: quasi corpus sit i aīa
cōstitutum: animamque habentia: plena sunt corpore. Verum quicquid
a pellicula procul in qua sunt: quæ magis participant aīa: corpus
existit. totum uero animal est. Itaque mundus ex materiali quodam
& intelligibili compositus est. Mundus animal primum: homo se-
cundum: post mundum aīal. Primum autem aīalium reliquorum. quod
cunque uero animæ munus cōceditur aliis. homo quoque possidet
Nec solum non. bonus sed. malus etiam: utpote mortalis p̄peditur
Mundus enim non bonus: quia mobilis: non tamen malus quo-
niā immortalis. Homo autem tum quia mobilis: tum etiam quia mor-
talis: malus esse cōsetur. Anima hominis in hunc uehitur modum
Mens in ratione: ratio in aīa. anima in spiritu: spiritus in corpore.
Spiritus peruenas arteriasque: sanguinemque diffusus: animal undi-
que ciet: moleque corporis suspensam sublinet: atque circumfert.
Vnde decepti quidam humorem sanguinis animam existimarunt:
nos plane latuit: quia in primis oportet spiritum ad animam usque
manere. deinde sanguinem coalescere: uenasque & arterias cauas
extendi: demum resolui animal: eamque mortem corporis esse.
Ex uno autem principio cuncta dependunt: principium ex uno atque
solo. Et principium quidem mouetur: ut rursus extet principium. Ip-
sum tamen unum præstat: nec ab unitate discedit. Tria igitur hæc
sunt. Deus pater bonum: & mundus: & homo. Mundus deus ha-
bet: mundus hominem. Mundus dei filius: homo genitura mundi.
Neque enim ignorat deus hominem: sed curam eius habet: ab eoque co-

gnosci se uult. Hæc unica salus hoī: cognitio dei. Hæc ad olym
pum ascensio. Ex hoc uno dumtaxat anima bona: neque interdū
quidem bona: alias autem mala. at secundum necessitatem. **TATI
TIVS.** Quomodo id asseris omī Trismegiste. **TRISM.** Hoc
inquam assero animam pueri cōtemplari seipsam: nondum ex
natura sua propter corpus egressam: nondū enī corpus omnino
compactum est ac seipsam undique pulchrā conspiciere: Nā ha
ud corrupta est adhuc a corporis passionibus: mundi totius ani
ma tuncque dependens. Cum uero compactum est corpus: ani
māq; in sui molē dispergit: & distrahit: tunc illa obliuioni subi
citur. pulchrique ac boni uisione priuatur. Obliuio autē ipsa im
probitas est. Idēque accidit iis qui egrediūtur ex corpore. Recur
rente enim anima in seipsam: spiritus in sanguinē: anima in spiri
tū cotrahitur. Mens a uelaminibus libera & diuina existens. sua
pte natura igneū sortita corpus: per loca omnia circunuagatur:
animāque iudicio iusto ac merito supplicio derelinquit. **TATI
VS.** Quo pacto id ais o pater: **TRISME.** Mens quidē ab ani
ma: anima uero a spiritu separatur. Indumentū mentis anima.
Indumentū animæ spiritus: Cointelligere oportet o fili cum di
cente auditorē: atque conspirare: auditūque acutiore uoce dicē
tis habere. Harū o fili uestrū conuolutio in corpore terreno cōfi
citur. Siquidē nudā secundū se mentē in terrea sistere mole peni
tus impossibile. neque enim potis est terrea sax mentē adeo diui
nā suscipere: neque tantū numē patibili cōfirmatū corpore susti
nere. Assumpsit ergo mens animā uelut amicū. Quinetiā aīa di
uina existens uehiculo spiritus utitur. Spiritus animal totū pcur
rit. Itaq; cū primū mēs a terreno corpore soluitur: propriū mox
subit amictū igneum: uidelicet corpus: quo sane quādiu circū
tectā est: interreum corpus turgescere nequit. Terra nāq; ignem

minime sustinet: tota siquidē ab exigua sintilla cremaret. Quade causa terrene moli circūfusus est humor: quasi quodā ad cōbustionē ignis obstaculū: qui cū acutissimus ac uelocissimus sit omnium diuinorum cōceptuū singulorum cōprehēdit elementorum corpora. Etenim ipse cœlorum artifex: igne potissimum ad suā fabricā utitur. Opifex quidē totius utitur oibus. oīs autē faber iis: quæ sunt circa terrā. orba nanq; igni mens hominis ad humanāq; dispositionem duntaxat idonea. diuina cōstruere nequit. Humana certe anima: non omnis quidem: si pia beataq; diuina: postquā uero huiuscemodi aīa per mortem a carcere corporis est exempta: cum omnis subierit uirtutis: pietatisq; mandata: certe aut mens: aut deus efficitur. Certamen autē religiosæ pietatis hoc est. Recognoscere deum: iniuriam inferre nemini. anima tamen impia in natura propria remanet: ac seipsam nimiū cruiat corpus quarit quod ingrediatur terrenum & humanū. Aliud quippe corpus quā humanum: animam non capit humanam: neque fas est in corpus animam ratione carentis: animā rationalem corrumpere. Lex enim diuina generationem tam nephariā prohibet. TATI. Quo igitur modo cruiatur o pater hoīs anima: Quodue supplicium huius animæ grauius. TRIS. Impietas o fili mi Tati: cuiusnam ignis ardētior flamma: quā impietatis est. Quænam fera mordax ita corpus lacerat: ut impietas laniat animam. Nōne uides quot malis animus premitur impius. Hen sic fili uociferatur impius animus. Vror: absumor: quid agā nescio Deorant me miserum mala undiq; confluentia: nō uideo quicquam: heu miser non audio. Tales afflicti sunt animi uoces. Talis naturæ congrua multa non qualem tu forte fili: & alii quidā arbitrantur: quibus uidetur anima nostra: postquam est humanam exuta figuram in corpora degenerare brutorum. Hic enim

impious error: uerum castigationis eius modus alter. Mens utiq;
cum daemone efficitur: ad obsequium dei iubetur igneum capesse
re corpus inde in animam transfusa nefariam: causam flagellis
uerberat peccatorum. his animis uerberatus iniquus ad neces:
cōuitia: obiurgia. rapinaeque uarias sese uertit. ad ea denique per quae
delinquunt homines. uniuersa delabitur. At cum in sancta mens
influit animam: extollit illam ad sapientiae lumen. Haec anima
postmodum nunquam somni torpore languescit: sed & uerbis
pariter: & operibus humano fert opere generi: iuuatque modis om
nibus suum semper amulata parentem. Quamobrem oportet
o fili nos agentes deo gratias obsecrare: ut bonae mentis partici
pes efficiamur. in melius quidem anima migrat: in deterius nun
quam. Est etiam animarum communio quaedam deorum. ani
mae communicant hominum animis. Deus se communem singu
lis exhibet. praestantior enim cunctis ille. Cuncta autem illo sunt
imbecilliora. Mundus deo: homo mundo: homini brutum su
biiciatur. Deus super omnia est: & circa omnia. Dei radii actus
existunt: mundi radii sunt naturae: radii uero hominis artes atque
scientiae. Per mundum exercentur actus. uique in hominem: per
mundi radios naturales descendunt. Naturae per elementa: ho
mines per artes atque scientias. Haec utique mundi totius admi
nistratio ex unius natura dependens: perque unam materiem re
cte discurrens: qua nihil ualidius: nihil diuinius: nihil denique ma
gis unitum. Hominum ad deos: ad homines deorum communio.
Iste bonus est daemone: anima: quae hoc plena est: beata est: mi
sera uero: uacua. **TATIVS.** Quanam ratione id ais o pater:
TRISME. Scito mi fili: quia anima omnis habet ipsum bonum pro
mete. De hac enim praesens nobis est sermo: non de ministro hu
ius: quem supra diximus: ex iudicio demissum ad inferos. Anima:

mentis presentia destituta: nec agere quicquam: nec dicere potis est. Sape uero mens extra animam: quo quidē in tempore nec audit: nec uidet anima: sed animali similis est ratione carenti. Tanta est potentia mentis: quæ animā huiusmodi deserit: implicitam corpori: & ab eadem tractā ad infera. Talis anima fili mi mentē nullam habet. Ideoque nec hominē hunc appellare phas est. Homo siquidem animal est diuinum: nec ē cum terrenis brutis. sed cum diis cœlestibus cōparandus. Quinimmo si audendum ē uerum fateri: homo uerus uel cœlicolis est præstantior: uel: saltem pari sorte potitur. Etenim quicumque cœlitum descendit ad terram cœli limitem deserit. Homo autē ascendit in cœlum: illudq; metitur. Nec cum fugit quæ ima sunt: quæ ue sublimia. Ac reliq; omnia diligenter inquirat. Quodque maius est terram quidem haud dimittens in cœlum attolitur: tam ampla est humanæ naturæ potestas. Quāobrem audendum est dicere. hominē quidē terrenum. Deum esse mortalem. Deum uero cœlestem: immortalē hominem. itaq; horū uirtute duorū: hominis. s. ac mundi: gubernātur singula. uni demum cuncta subiiciuntur.

Mens ad mercurium.

Esine tam diu differere o Trismegiste Mercuri. Silētiā ante dictorū reminiscere: Etenim sensum tibi meū nō pigebit exprimere. eoq; magis: quo multe & uarie inter mortales de mundo deoq; opiniones pererrant. TRIS. Equidē ut ingenue fatear huius rei ueritatē nōdū teneo ipse. ergo mi domine purā exprime ueritatē. nam unicum te elucidare talia posse confido. MENS. Audi me igitur o fili. Tempus: deus: & uniuersum: sic se habent. Deus æternitas: tēpus generatio. Deus æternitatem. æternitas mundū mundus tempus: tempus generationē efficit. Dei quasi essentia est: bonum pulchrū beatitudo: sapiētia

æternitas essentia. ipsum idem. mundi ordo. temporis transmu-
tatio. generationis mors & uita. actus dei mens & anima. æterni-
tas perseveratio: atque immortalitas: mundi institutio. & restitu-
tio. temporis augmentum & diminutio generationis denique
qualitas. Acternitas ergo in deo. in æternitate mundus. tempus
in mundo. In tempore generatio. æternitas extat circa deū. Mū-
dus in æternitate mouetur: tempus terminatur in mundo. gene-
ratio complectitur in tēpore. fors itaque omnium deus. essentia
uero æternitas. Opus æternitatis est mundus. factus quidem nō
aliquando: factus autē semper ab æuo. Cum uero nunquā cesset
æuum: nunquam cessabit & mundus. Cumque sit mundus æter-
nitate comprehensus: nulla mundi pars interit. **TRIS.** Dei uero
sapiētia quid est: **MENS:** Bonum: pulchrum: beatitudo: omnis
uirtus & æuum: unde immortalitē præstat æuum: p̄ euerantiam
materiæ tradens. Origo enim materiæ pendet ex æuo: quemad-
modum ex deo æuū. Generatio quidē ac tēpus naturæ geminæ:
& in cœlo sunt & in terra. ī cœlo sane imutabilia sunt. Hæc duo
atq; imortalia ī terra mutabilia corrupti oīq; obnoxia. Acternita-
tis aīa deus est: anima mundi æternitas: terræ anima: cœlū: Deus
in mente: mēs in anima: anima autē in materia. omnia uero ista p̄
æuum: totum hoc corpus: in quo corpora oīa anima mēte: deoq;
plena: intima mundi replet: cōplectitur extima: uitam omnibus
hæc sugerit. extrinsecus quidē: ingenti huic perfectioq; animali
mundi: intrinsecus autem cæteris quæ insunt mūdo uiuentibus
Supraq; in cœlo: quod idem est: oīa sistens infra uero in terra: ge-
nerationē agitans. Mundū profecto cōtinet æuum. siue p̄ neces-
sitatē: seu prouidētia: uel natura. Et siquid aliud quis cogitat: uel
etiā cogitabit unquā: id omne deus agit. Actio dei potestas īsupa-
bilis: cum qua nec humanā: nec diuinam ullam comparare quis

f

audeat. Caue igitur o Mercuri: ne quid ifernorum: ne quid etiã
supnorum dei simile censeas. nã a uirtute penitus aberrares. Ni
hil quippe simile est. quod dissimile solumq; & unum est. Neque
cuiquam putes eandem quã deo uim adesse. Quid enim post'il
lum tale: & ad immortalitatem: & ad qualitatis transmutationẽ:
quid autem præter hoc aliud deus efficiet: neque enim ociosus ẽ
deus: nam ociosa forẽt omnia. Cuncta siquidem plena sunt deo:
ocium uero in nullis mundi partibus reperitur. nomen profecto
uanum est ocium: tum secundum id quod agit: tum etiam secun
dum id quod agitur. uniuersa fieri necesse est: ac semper fieri se
cundum loci cuiusque naturam. Agens non uni præsens est tan
tum: sed omnibus nec unum dumtaxat uerum uniuersa produ
cit. Nam efficax existens in se ipsa potestas: in iis quã facta sunt
minime sufficiens est. Sub ipsa enim sunt opera ab illo pro geni
ta. Age: contemplare: pro me subiectum tuo conspectui mundũ
atque eius diligenter circumspecte formam. iuolabile corpus: quo
nihil antiquus per omne quidem adultum ac uirens. Inspice præ
terea mundos septem suppositos: ornatu mirifico fabricatos: or
dine sempiterno: cursu suo differenter complentes æuum plena
lumine singula: ignis uero in illis nullo modo. Amicitia enim cõ
trariorum. dissimiliumq; commixtio. lumen instituit illustratum
ab actu dei: bonorũ omnium genitoris: totius ordinis principis:
septemque mundorum ducis æterni: lunam uero ceteris præcar
rentem: naturæ organum: inferiorem materiam trãsmutantem.
Terram in mundi medio sitam: pulchri mundi subselium nutri
mentum terrenorum oĩum: candẽq; nutricẽ. Meditare numerũ
mortaliũ ãmortaliũq; uiuentiũ mediũ uero quasi cõfinitũ utrorũ
q; mortaliũ uidelicet atq; ãmortaliũ: lunã ipsam circũeuntem:
Anima rursus omniũ plena: propriis ab ea motibus agitata: par

tim quidem circa cœlum: partim uera circa terrā: nec ea quæ dex-
tra sunt ad sinistra: neque e leua ad dextra. Item nec supera ad in-
fera: nec ifera iterum ad supna. Quod aut hæc oīa genita sint o-
dukissime mi Mercuri: nequaquã nũc opus est. ut me differente p-
discas. Nam corpora sunt habentq; animam: & mouentur. Hæc
aut in unum cōgredi absq; cōgregātis uirtute ipossibile ē. Opor-
tet igitur a liquem esse talem ac penitus unum. Nam cum multi:
uariiq; sint motus: & dissimilia corpora: unus autē ordo uelocita-
tis in omnibus: impossibile est duos aut plures esse factores: neq;
enim ordo unus probaretur in multis. Præterea qui iter illos im-
becillior esset: potentiori nimirum inuideret: ex quo seditio quæ-
dam exoriretur. Itaq; si unus eorum auctor mutabilium aīalium
extitisset: cuperet quoque imortalia gignere. quēadmodum ge-
nitor imortalium affectaret mortalia. Quinetiā una existente ani-
ma: unaq; materia ad quā illorum potissimum fabricatio ptinet
Quod si ad utrumq; ad quam prouincia maior: sic autem cogi-
ta. omne corpus uiuēs seu mortale siue immortale ex materia cō-
stat & anima. omnia sane uiuentia corpora animata sunt: non ui-
uentia uero nuda pene in omnia. Anima quoque similiter secū-
dum seipsam suo propinqua parenti: uitæ causa est. uitæ autem
causa est quilibet immortalium. Quonam igitur modo: morta-
lia uiuentia differunt a mortalibus: itemq; ab immortalibus imor-
talia. esse itaq; horum omnium auctoris præ cæteris est præcipu-
um. Nam anima una: uita una: una quoque materia. Quisnam
iste quis alter præter unicum deum: Num alteri cupiam quā soli
deo conuenit procreare uiuentia: Vnus itaq; deus mundum unū
est cōfessus. & solem unum. unicam lunam. unam quoq; diuini-
tatem. Ipsum uero deum quot credimus esse: Vnus igitur singu-
la facit in multis. Nũc censes arduum quiddā & laboriosum deo

uitam: animam: immortalitatem: mutationemq; efficere: Tu enim tot tantaq; potes: uides: audis: odras: gustas: tangis: loqueris: gradis: spiras: intelligis. Neq; alter est in te: qui uidet: qui uide audit alter. Nec loquitur unus: graditur alius: hic odorat: ille gustat: hic spirat: intelligit ille. At unus hæc omnia præstat: neque etiam possibile est illa sine dei materia fieri. Vt enim qui cessat ab iis: non est amplius animal: sic qui ab illorum constructione cessaret: minime deus esset. id autem suspicari nephariū. Quod si concessum. nihil in rerum natura consistere. cui non insit naturalis quidam agendi uigor: simulq; certi operis executio: quanto magis asseuerandum est deo non deesse potestatem omnium & effectum: Nā quicquid ociosum: imperfectum: imperfectum dicere deum ne phas. facit igitur omnia deus. Nunc mihi id paulum temporis o Mercuri totus adesto: ipsum te mihi dedito: opus dei confestim intelliges. Hoc opus adesse necessarium erat: ut essent ea quæ fiunt: quæue fiebant: & quæ fient in posterum. Id autem o suauissime mi Mercuri uita est: id uero pulchrum. id autem bonum: id denique deus. Sin autem petieris: ut hæc tibi per exempla operū ante oculos ponam: aduerte quid tibi accidat generare uolenti. non tamen illius hoc simile. ille siquidem non diffunditur uoluptate: non habet operis adiutorem. Suapte natura efficax: ui propria operans uersatur: in opere semper existēs ipse: quodcūq; fecerit unq; Si quodam influxum suum ille subtraxerit: deficiente uita: in mortem corruent uniuersa. Cum uero uiuant omnia: una que sit uita cunctorum: unus est deus. Rursus si omnia uiuentia sunt: & quæ in cælo uidentur: & quæ iacēt in terra: una autem uita cunctorum manat ex deo atque ipsa & ipse est deus. ab uno fiunt omnia conditore. Vita uero est unio mentis & animæ: mors autem non perniciēs concretorum: sed unionis plurium dissolu

ti. Imago ergo dei æuum: æui mundus: mundi sol: solis autē ho-
mo. At uero mutationem quandam populi mortem esse arbitrā-
tur: ob eam causam: quia moles resoluitur corporis. uita se reuo-
cat in occultum. Equidem o dilecte Mercuri. mundum quidem
mutari hac te doceo ratiōe: quia quædam illius pericula in occul-
tum iugiter habeunt: nunquā tamen interire illū existimato. Hæ
profecto mundi sunt passiones: reuolutio scilicet atq; occultatio
Reuolutio quidē cōuersio: occultatio autem renouatio est. Om-
niformis præterea mundus formas haud sane aduentitias: pere-
grinasq; suscipit. uerum ipse eas in seipso coagitat: etiam omni-
formis mundi similis erit: at si unitam formam habuerit. In hoc
erit mundo deterior. Quid itaque dicemus ad hæc: ne obsecro ī
ambiguo resistamus. Quod enim in diuinis ambiguum nondū
cognitum: unam igitur habet ideam. huius autem idea propria
cum aspectum fugiat oculorum: incorporea est. formasq; per cor-
pora singula exprimit. Neq; ulla te prorsus admiratio teneat: quā
sit quædam incorporalis idea. est enim qualis idea sermonis & ī
scriptionibus apices. uidentur enim per multum excedere: planæ
tamen ex natura: leuesq; sunt. Meditare autem quod nunc dice-
tur audientius: quodque uerius etiam asseretur: quæadmodum
homo nequit sine uita uiuere: ita nec deus uiuere potest: nisi bo-
na producat. Hæc enim dei uita: hic eius: actus agitare singula:
uitamq; omnibus īspirare. Quædam uero eorum quæ supra di-
ximus: certam quandam requirunt intelligentiam. Considera ī
hoc exemplo: quid potissimum significare uelim. Omnia sunt in
deo: non tāquā in loco posita. Locus enim corpus est immobile:
atq; ea quæ posita sunt: motu carent. Locatur quippe aliter ī cor-
pore: aliter in phantasia. Cogita singula continentem: cogita ni-
hil esse quam incorporalis natura capacius: nihil uelocius: nihil

uolidius: ipsumque omnium capacissimum: uelocissimum: potētissimum. Sic iterum a teipso incipiēs meditare: atque animæ tuæ præcipito: quæ citius quam precipies euolabit. Iubeto inquam: ut transeat in oceanum: illa prius quam iusseris ibi erit: idē ubi nūc est nequaquam discedens. Iubeto iterum ut in cœlum uolet: nullis penis egebit: nihil eius obstabit cursui: non solum incendium: non ætheris amplitudo: non uertigo cœlorum: non siderum reliquorum corpora quin penetrās omnia: ad supernum corpus usque transcendat. Quinetiam si uolueris globos omnes transire cœlorum: quodq; superius est inuestigare: id quoq; tibi licebit. Aduerte quanta sit animæ tuæ potestas: quanta celeritas. Tu ne potes ista: Deus nō possit. Hoc igitur pacto contemplare deum: ut in se ipso intelligentias omnes habentē habentemq; seipsum ceu mundū penitus uniuersum. nisi te deo equaueris: deum nunq̄ intelliges: nam simile semper a simili suo cognoscitur. Exteude teipsum in magnitudine sine termino. Emerge ex corpore. totum supergredere tempus. æternitas esto. Sic deum denique noueris impossibile nihil in teipso supponens. Teipsum imortalem puta: cōprehendere cūcta potentem: scientiā omnē atq; omnem pariter artē. Omni sublimitate sublimior esto: omni fundo profundior: sensusq; factorū tuorū singulos ī te colligito: ignis aquæ aridi. humidi. Adesto simul mundi partibus oibus: cœlo: terræq; mariq; per omnē ætatē: extra corpusculi tui uētre habitatō: per mortē nihil iterire putato. Cūcta hæc simul comprehendito: loca: tempora: moles: qualitates: & quantitates: sic deū intelligere poteris. Cōtra si animam tuam in corpus demeriseris. ipsamque abieceris: iusque te uerbis in cenam prostraueris. neque scio quicq̄: neque scire etiam ualeo. uastū horreo maris fundum: in cœlū uolare nequeo. non nōui quid nūc sim: non noui quid sim futu

rus in posterum. Quid tibi cum deo: neque enim potes: cum sis
malus corporisq; fetidi seruus: ipsum pulchrum: bonumq; perci
pere. Extrema uero prauitas nō recognoscere deum. At uero cō
fidere: atque sperare se bonum aliquādo reperire posse: uia quæ
dam diuina est: ad bonum recto tramite ducēs: facilisque & per
uia. passim procedenti tibi semper. occurret ambulāti: in auigan
ti: die: nocteq; loquenti: pariter atque tacenti. Nihil est enim in re
rum natura: quod non aliquā præ se ferat diuinitatis imaginem.
TRISMEGISTIS. Nōne inuisibilis deus: **MENS.** Religiosus lo
quere. Trismegiste. nam quis illo lucidior: Ille quippe oīa ob eā
causam fabricauit: ut eū per singula cerneret. Hæc dei bonitas:
hæc eius uirtus est. Illum fulgere per omnia: nihil est uel i corpo
reis etiam inuisibile: mens ipsa intellectu uidetur. Deus in ope
ratione conspicitur. Hæc hæctenus enodata tibi sint Trismegi
ste: cætera omnia ipse per te iam perscrutaberis: neque falsa ueri
tatis imagine decipieris.

Mercurii ad Tatum de cōmuni.

m Ens quidem o Tati ex ipsa dei essentia: si qua tamen est
eius essentia: nascitur. Hæc qualiscunque sit: sola se /
ipsum sincera comprehendit. Mens igitur ab essentia
dei nequaquam diuisa: sed illi potius eo modo connexa: quo so
lis corpori lumen. Hæc mens deus est in hominibus: atque iccir
co nonnulli ex hominum numero: dii sunt: eorumque humani
tas est diuinitati q̄ proxima. Etenim bonus demō deos quidem
prædicat immortales homines autem mortales deos. In animali
bus autē irrationabilibus mens illa natura est. Nam ubicunq; ani
ma: ibi quoq; mens: quemadmodum ubicunq; uita: ibi etiam ani
ma in uiuentibus: absq; rationis discursu. Anima est uita uacua
mentis: mens quippe adiutrix est hominū animarū: eas in bonū

proprium reuocans. In animalibus ratione carentibus cum natura cuiusque operando congregitur. in animis hominum resistit interdum: atque repugnat. Anima siquidem infusa corpori: a uoluptate atque dolore continuo: deprauatur. ex corporis enim commixtione uoluptas & dolor: ceu riuuli quidam scaturiunt: in quos madens anima suffocatur. Quibuscunque igitur animis mens praesidet: suo illa fulgore illustrat: earum moribus malisque resistens: quemadmodum uero medicus eruditus aegrotantis corpus doloribus afficit. urendo illud: atque secando recuperandae ualitudinis gratia. eodem modo mens uoluptuosam affligit animam ut radices uoluptatis euellat. ab hac enim omnis animae morbus: morbus animae grauissimus: impietas est. opinio autem non ad bonum prorsus ullum: sed ad malum potius allicit. At uero mens illa repugnans: sic animae bonum procurat. ut sanitatem corporis: medicus quocumque hominum animae mentem nequaquam sortitae sunt gubernatricem eandem: quae & brutorum animae patiuntur. Dimittit eas mens cupiditatum imperio ad quarum expletionem ardenti quodam impetu perferuntur: ritumque ferarum immoderate & irascuntur: & cupiunt. Quodque deterius est: nec finem imponunt libidini ullum: nec malorum inueniunt passionumque terminum. Hisce uelut littorem: ut iudicem deus legem proposuit. **TATIUS.** Hic o pater disputatio illa de fato: quam in superioribus imperfectam reliquimus reuiuiscit. Nam si decretum sit quosdam adulteros: quosdam fore sacrilegos: cur aliquis inde mulsetatur: quando quidem compulsus fati necessitate deliquerit. **TRISME.** Omnis sunt fati opera filii. absque illo nihil est corporalium: non bonum: sine illo quicquam potest: non malum fieri sine illo. Decretum est enim quid turpe quid commiserit pati: ille ob id committit: ut patiat in de quodcumque patitur quando commiserit. Caeterum de fati ac de

lectorum supplicii: in aliis diximus. Præsens uero nobis est sermo de mente. Quid mens ualeat: quæ differens in hominibus ac brutis sit eius instinctus atque iterum quo modo in brutis quidem non est mens ipsa beneficia: in hominibus autem libidinis impetum cohibet: iracundiæ restinguit ardorem. ex quo sequitur: ut inter homines: irracionales quidam: nonnulli rationales existant. Cuius uero homines fato: generationi: transmutationi subiiciuntur. Initium quippe: finisque fati duo hæc: generatio. scilicet ac transmutationio. Et homines uniuersi id quidem patiuntur: quod instituit fatum. Verum rationales illi: quibus diximus mentem ceu gubernatricem assistere. non eodem modo: quo cæteri patiuntur: immo ab improbitate alieni: existentesque non mali: patiuntur minime malum. **TATIVS.** Quomodo rursus hæc ais o pater. **TRISME.** Adulter nonne malus. Homicida nonne malus. Homo non adulter patitur. sed quemadmodum adulter. Non homicida: sed quemadmodum homicida. Qualitatem transmutationis effugere impossibile est: sicut & generationis effectum. Prauitatem uero mentem habenti uitare licet. Quamobrem ego mi fili bonum semper dæmonem audiui distantem: qui si litteris quæque monumenta mandasset: mira quædam in dies humano generi emolumenta conferret. Solus ille mi fili tanquam ipse pro me genitus deus: uniuersa conspiciens: diuina in nos effudit oracula. Hunc equidem audiui sic aliquando prædicantem: unum omnia sunt. præsertim intelligibilia corpora uiuimus potentia: actu: æternitate. Mens huius bona: quemadmodum & eius anima bona: cum id ita se habeat: nihil est intelligibilium ab intelligibili distans. Potest præterea mens princeps omnium atque anima dei: quæcunque uult efficere. hæc ille. Tu igitur ista considera: & ad hunc quem inferam sermonem de fato: mente arrectis que auribus ad ista. Si diligen

ter litigiosas captiunculas euitaueris: inuenies absque dubio: quod mens anima dei dominatur omnibus: tum etiam legi: ac cæteris uniuersis neque aliquid illorum: quæ ad fatum spectant: impossibile menti. Ideoque humanus animus fato superiori non tam quæ fato subiecta sunt. negligit. atque ista sūt oracula boni dæmonis optima. **TATIVS.** Vere diuine: atque etiam commode tractasti hæc o pater. At illud in super mihi declares obsecro. Mentem in brutis operari naturæ modo dixisti: cum illorum affectibus cooperantem. Affectus autē irrationaliū: ut arbitror: passiones sunt: mens ergo passio quædam est. Sic enim passionibus conformatur. **TRISMEGIS.** Euge fili bone: quæ generose rogas: æquum est: ut tibi respondeam. Omnia quæ insunt in corporibus in corporea: patibilia sunt: inimo passiones proprie sunt. Omnis motus corporeus: incorporea quoque mouentur a mente. Motus autem passio. Vtraque ergo. tum quod mouetur. tum etiã quod mouet. patiuntur. Hoc quidem dominans illud uero subiectum. Cū uero separatur a corpore: a passionibus liberatur. immo nihil usque impatibile fili. cuncta enim patibilia. Sed passio & patibile in hoc maxime differunt. quod unum agit. alterum patitur. Corpora uero secundum se ipsa etiam agunt. aut enim immobilia sunt aut mouentur. Vtrum uero sit horū: passio est. Incorporalia autē operantur sepe: proptereaque patibilia sunt. Neque te appellationes moueant. Operatio enim ac passio idē. uocabulo tamen magis honorando uti. nil obest. **TATIVS.** Perspicuam de iis rationem reddidisti o pater **TRIS.** Illud præterea considera o fili: quod duo hæc soli ex omnibus animabus hominis deus ipse largitus est sermonem. scilicet atque mentem. Quæ quidem eiusdem ac immortalitas præmiū esse censentur. His quisquis ad id quod decet: utitur: nihil ab immortalibus discrepat. Quinetiam corporis solutus cōpedibus: ab utrisque du

cetur in chorum beatorū simul atq; deorū. **TATI.** Cætera præter hominē animantia: nonne sermone utuntur. **TRIS.** Non fili: sed uoce. permultū interest uocē iter atq; sermonem sermo cū & is cōmunis hominibus: uox autē propria cuiusq; hominis: propria etiam cuiusq; generis animantium. **TATIVS.** O pater diuersa genera hominum diuersis utuntur sermonibus: **TRIS / ME.** Diuersis o fili unus etiam sermo: qui per interpretationem huc atq; illuc translatus: unū deniq; uerbum existere reperitur. Verbum idem apud ægyptios: per sasque & græcos: sed uideris mi fili uerbi uirtutem: & amplitudinē ignorare. Beatus deus dæmon bonus: animam esse in corpore: mentem in anima: in mente uerbum pronunciauit: deum autem horū patrē asseruit. Verbum itaq; imago ac mens dei est. est corpus quidē ideæ: idea uero aia est: purissimaq; materiæ portio aer: aeris anima animæ mens mētis deniq; deus. Deus uero circa omnia: simul atq; per omnia mens circa animam: anima circa aerem: aer circa materiam. Necessitas autem: prouidentiaque: & natura organa mūdi sunt: ordinisq; materiæ. Etenim intelligibiliū unū quodq; essentia: essentia uero illorum: ipsum idem. Ateorū quæ mundo insunt corporum: unum quodque est multitudo. Corpora composita ipsum idem habentia: atq; inuicem mutuo transeuntia: immortalitatē ipsius eiusdem perpetuo seruant. In cæteris corporibus: quæ cōposita sunt: corporis cuiusq; numerus est. absque numero cōtitionem uel cōpositionem uel dissolutionem fieri: impossibile ē. unitates quippe gignunt atq; augent numerū: rursusq; solute: in se numerū retrahunt. Materia qdē una: totusq; hic mundus: magnus est deus: imago maioris: unitus illi: patris ordinē uoluntatēq; seruans: uitæ totius integra plenitudo neq; est in eo quicq; per omnē æternitatem: restitutionēq; paternā seu ad totum: siue

ad partē spectans: quod non uita fruatur: neq; est uitæ expers in mundo quicq̃: nec fuit ante: nec erit. Viuētem enim uoluit pater eius: quādiu est: esse mundum. unde deum hunc esse necesse est. Quomodo possunt o fili in deo: in totius imagine: in plenitudine uitæ esse quādam uita carentia. Priuatio uitæ corruptio est: corruptio uero pernitias. Quonā igitur pacto pars ulla eius qd incorruptibile est corrumpi: uel dei quicq̃ destriui potest: **TATIUS**. Nonne o pater animalia quæ in mundo sunt: mundi partes intereunt. **TRISME**. Rectius loquere fili. Erras enim in nomine: non moritur in mundo quicq̃: sed composita corpora dissoluuntur. Dissolutio mors nō est: sed mixtionis resolutio quādā. Soluitur autem unio: nō ut ea quæ sunt intereant: sed ut uetera iuuenescant. **TATIUS**. Cum fit quādam operatio uitæ: nonne morio quādam hæc est: atque iccirco quid in mūdo immobile: **TRISMEGISTVS**. Nihil o fili. **TATIUS**. Nunquid immobilis tibi terra uidetur. **TRISME**. Minime: sed multis motibus agitata. sola tamen hæc quodammodo stabilis. An non ridiculū esset ipsam nutricem omnium concipientem: parturiētemq; singula motu carere: impossibile enim aliquid absque motu parere nec minus ridiculum: quantum id corpus sterile nuncupare. Nihil enim aliud ipsius immobilis appellatio: q̃ sterile quiddam significat. Totum hoc o fili generatim considera: quod est in mūdo: aut crescendo: aut decrescendo mouetur. Quod uero mouetur: id præterea uiuit. singula tamen uiuentia: haud eadē esse necesse est. Simul quippe mūdos uniuersus existens: totus quidē immobilis. partes aut eius agitabiles undiq;: nihil tamē corruptioni subiectum: sed appellationes quādam falsæ homines turbant. Neque enim generatio uitæ creatio est: sed latentis explicatio uitæ. neq; mutatio mors: sed occultatio potius. Cum hæc igitur ita

se habeant: immortalia cuncta. Materia quidem uitæ spiritus est.
mens animæ. Ex mente uiuens omne profluit. Omne igitur ui-
uens per mentem: permanet immortale. Maximo uero omnium
immortalis est homo: qui deum capit: qui diuinæ conformatur
essentiæ huic enim soli ex omni uiuentium genere: deus ipse cõ-
greditur. nocte quidem per somnia: die crebrius per portenta: p-
que omnia sibi futura prænunciat. per aues: per intestina: per spi-
ritum: perque sibyllam: propter quam uere dicitur homo scire quæ
sunt: quæ fuerunt: quæ mox uentura trahantur. Illud autem in-
primis animaduertas fili mi uelim: quod unum quodque genus ui-
uentium reliquorum: propriam mundi prouinciam habitat. hu-
mida quidem aquam. terrestria terram. aerem uolatilia: homo autem
his omnibus utitur: terra: aqua. aereque: & igni. Coelum suspicit: sen-
susque illud attingit. deus uero circa omnia simul atque per omnia.
Actus enim est omnium: atque potestas. nam arduum quiddam est o-
fili. deum percipere. Hunc quotiens itueri uolueris: aduerte mun-
di ordinem: atque ordinis eius ornatum. Aduerte necessitatem eo-
rum: quæ sensu percipiuntur. prouidentiamque cunctorum: quæ fa-
cta sint ante: & quæ quotidie fiunt. Aduerte plenam uitæ materi-
am: talem ac tantum deum cum omnibus bonis: & pulchris diis
dæmonibus: atque hominibus incedentem. **TATIVS.** At istæ o-
pater operationes quædam sunt. **TRISME.** Ah fili unde hæc:
nisi ab ipso deo proficiscuntur: num ignorans quod quæadmo-
dum mundi partes sunt coelum: aqua: terra & aer: eodem modo
dei membra: uita: immortalitas: necessitas: prouidentia: natura: ani-
ma: mens: Horumque omnium perstipatio: ipsum bonum: neque fit
aliquid usque: nec est factum: ubi deus ipse non adsit. **TATIVS.**
In materia ergo pater. **TRISME.** Materia fili mi seorsum est
a deo. ut locus ille proprius assignetur. Quid aliud illum existi

mas: q̄ rudem: indigestamque congeriem hanc existere posse: ne credas nisi formetur: Quod si formatur: ab aliquo certe formatur. Operationes enim formandi: partes dei esse diximus. A quo ergo uita donantur animantia singula: A quo fiunt immortalia: quæ immortalitatis munere perfruuntur: A quo mutantur: quæ mutabilia sunt: siue materiam: seu corpus nūcupaueris: de: actus esse memēto. Actumque materiæ: materiæ rationē: actum corporeum corporum ratioem. actum essentia: essentia: rationē idq; c̄ mne: neque quicq̄ est in omni: quod non sit ipse deus. Ita que nec magnitudo: neque locus: neque qualitas: nec figura: neque etiam tempus circa deum. Omne enim est. Omne autem circa omnia: atq; per oīa. Hoc uerbum o fili cole atq; adora. Cultus autem dei unus est: non esse malum.

Mercurii ad Tatiū Filium suum de generatione & impositione silentii. Tatiū.

N communibus pater sermōibus per ænigmata quædā
i ac sine declaratione ullius adiunctionis: de deitate tractasti. asserēs ante regenerationem saluum fieri neminē
 Equidem dum ascendebas in montem: supplex tibi tūc astiti obsecrans. ut mihi regenerationis rationem aliquando reserares: id enim solum restabat tunc mihi discendum. Tūc demum spopō disti te reuelaturū. cum a mundo forem alienatus. Ecce iam paratus sum pater: a mente mea mundi deceptiōes excussi. Tu ergo serua promissa. Regenerationis modum uel palam: uel clanculū: ut libet ediscere. Ignoro o Trismegiste: qua ex materia quoque semine natus fuerit homo. **TRIS.** O fili cōtemplatiua in silentio sapientia: semē eius uerum bonum. **TA.** Quonā serente p̄: hoc enī ignoro. **TRI.** Voluntate dei mi fili. **TA II.** Et quanti est qui non est genitus: expers enim intelligibilis essentia: quod

si aliter se habeat: qui gignitur: deus erit dei filius. **TRISME.**
Omne in omni: constans ex omnibus potestatibus. **TATIVS.**
anigmata fingis o pater: neque patris more cum filio loqueris.
TRISMEGI. Hoc genus o fili non cruditur. uerbum quoties
uult: sub insinuatione quadam in dei memoriam reducitur. **TA**
TIVS. Impossibilia infers: ac nimium uiolenta. qua propter his
cupio cōtradicare. **TRISME.** Admodum discrepas a paterno
genere Tati. **TATI.** Ne iudeas mihi pater: legitimus enim sum
filius. Age præcor: regeneratiōis modum me doce. **TRISME.**
Quid dicam fili quod dicam: præter hoc non habeo quicquam
quod uerum cerno spectaculum: ex dei benignitate mihi iam ob
latum: unde in corpus sum immortale translatus sumque non
ille qui prius fueram: ac mens nuper effectus hoc misterium nō
docetur. Vide hoc elemento formato per quod uidere licet: per
quod neglecta est a me prima composita species. non quod sim
coloratus tactumq; ac terminum habeam. ab iis enim ipresentia
rū alienus sum. **TATI.** In furorē me insanūq; mētis oestrū o pa
ter nimium concitasti: impresentiarum me ipsum haud uideo.
TRI. Vtinam fili carissime tu quoque te ipsum non dormiens
transcurrisses: instar eorum. qui somno in somniis occupantur.
TATIVS. Dic age: quis est regenerationis auctor. **TRISME.**
Dei filius homo: unius uoluntate dei. **TATIVS.** Nūc mutum
o pater ac stupidum reddidisti: ipse quoq; a pristino statu men
tis alienatus: eandem aspicio imarū rerum caractere magnitudi
nem: in eoq; mendatiū. Mortalis enim species per dies singulos
transmutatur hæc ad tempus utpote falsa in augmētū: detrimē
tumque uertitur. quid ergo uerum Trismegiste: **TRI.** Quod
non perturbatum. non determinatū: non coloratum: non figura
tum: non concisum: nudum perspicuum: a seipso comprehensi

bile: intransmutabile bonum: ac penitus incorporeum. **TATI.** Infans iam reuera mi pater. cunque sapiētem abste sperassem me fieri: eiuscemodi cognitiōe: sensus obtuli sunt. **TRISME.** Sic accidit fili: nam sursum latum ut ignis: & deorsum latum ut terra. & humidum uelut aqua: nec non spirans ut aer: quomodo ipsum sensu precipies: non durum: non molle: non densum nō penetrabile: solum potentia: atq; actu considerandum. qui uero potest: oret: ut generationem quæ in deo est: intelligat. **TATI.** Impotens ego sum pater. **TRISME.** Absit hoc o fili. recurre in te ipsum: & cōsequeris. uelis: ac fie. Purga sensus corporis. solue te ab irrationalibus materia ipsius uultoribus. **TATIVS.** Num ultores intra me sunt: **TRISME.** Non pauci o fili sed horribiles ac multi. **TATIVS.** Ignoro pater. **TRISME.** En fili: hæc una est uultra. ignorantia: secunda tristitia: tertia incōstantia: quarta cupiditas: quinta iniustitia. sexta luxuries: deceptio septima: octaua inuidia: fraus nona: decima ira: undecima temeritas: duodecima uero malitia: hæc quidem sunt numero duodecim sub iis plures alia continentur. Quæ per corporis carcerem iclusum: in tristem hominem sensibus pati cogunt. Absunt autem istæ ab eo: qui est dei fretus clementia. Atque ita cōstat regenerationis modus: ac sermo. Deinceps sileto mi fili: deumque silendo laudato: coque pacto diuina clementia nunquam a nobis aberit. Gaude deinceps mi fili: nam potestate diuina in contēplationē es ueritatis eluatus. Descendit in nos cognitio dei: hac accedente: repulsa est ignorantia. Descendit in nos cognitio gaudii: hac præsentē tristitia penitus aufugit. in eosq; se uertit: qui ad eam parati sunt capiendam. Potestatem uoco ad gaudiū perducentē: constantiā cuiusuis proculdubio suauissima est. Complectamur igitur eam libentissime fili: ea enim cum primum ad erit molliciem omnem

prorsus expellit. Quartam uero nunc continentiam uoco: uim
uniuersarum uultricem cupiditatum. Gradus hic o fili: iusticiae
fundamentum existit. Aduerte autem quo pacto a cunctis operi
bus iniusticiam expulit. Iusti quidem effecti sumus: absente iniu
sticia fili. Sextam uoco potentiam in nos descendentem: commu
nitionem scilicet aduersus excessum. hoc deniq; discedete: inuo
co ueritatem. aufugit mox deceptio: ueritas adest. Vide quomo
do absolutum est bonum: ueritate praesente. Liuoꝝ. eni discessit
a nobis ueritatis enim innatum est bonum: cum uita simul: & lu
mine: nec ultra ire uindex accessit. Verum uultrices omnes repen
tino quodam impetu reiectae sunt Intellexisti fili regenerationis
ipsius modum: denario praesente numero: intellectualis genera
tio composita est: quae duodenarium numerum reiicit. Idque ex
ipsa generatione speculati sumus. Quicūque igitur propter be
nignitatem generationis: quae secundum deū est: sensum amit
tit corporeum. seipsum cognoscit ex diuinis cōpositū: factusq;
indecliuus: diuina potentia tota mente laetatur. TATIUS. O pa
ter concipio non oculorum intuitu: sed actu mentis: qui per ui
res intimas exercetur. in caelo sum: in terra: in aqua: in aere. in
animalibus sum: in arboribus: in corpore: ante corpus: atque post
corpus. At id praeterea mihi dicas uelim: quomodo uultrices tene
brarum: numero duodecim addecē potestatibus repellunt. Quis
modus trismegiste: TRIS. Tabernaculum istud o fili est: ex
zodiaco circulo constitutum: qui ex duodenario numero cōstat
illo. Numerique undecim sunt: unus omniformisq; secundū ide
as naturae: ad hominis peruagationē: atq; circuitum Itaq; disiu
gatæ quodammodo sunt adinuicem uultrices illae. in agendo ta
men quodammodo coniugatæ. ut ecce inseparabile est ab ira te
meritas. Merito ergo secundum rectam rationem eatenus inter

h

uallum: quatenus a potestatibus decem idest a denario numero repelluntur. Denarius o fili animæ genitorem. Vita uero & lux ubi unitæ sunt: ubi unitatis ipsius numeri sunt: ex spiritu nati: itaque unitas secundum rationem denarium complectitur: rursusque denarius unitatem. **TATIVS.** Eia pater uniuersum uideo: meque ipsum in mente cōspicio. **TRIS.** At hæc est regeneratio o fili non adesse ulterius corpori: quantitate dimenso. Ob hanc protecto rationem: regenerationis mysterium protuli. ne simus calumniatores totius: aduersus multos: quos deus ipse uult. **TATI.** Responde ad hæc o pater. corpus istud ex potentia constitutum: num aliquando dissoluetur: **TRIS.** Caue ne id ulterius audeas. Impossibilia proferas: ac penitus erras mentisq; oculis ista loquendo impietate: nimia profanaris. Sensibile naturæ corpus ab essentiali generatione procul admodum discrepat. unum quidē dissolubile indissolubile alterum. Illud mortale hoc immortale. An uero ignoras: quod & deus: & unus filius natus es. **TATI.** O quam uellem o pater: analogiam illam per hymnum: quē dixisti audisse te a potestatibus dum ipse in octonario essem. **TRIS ME.** Octonarium o fili cecinit: ipse p̄māder. Vnde te decet umbraculum soluere. purus enim ille p̄māder: mens diuinæ potētiæ: non plura mihi quam scripta sunt aperuit. existimans me reliqua scrutaturum: hortatus me est ad decora officia: ex quo omnes quæ in me uires sunt: concinunt. **TATIVS.** O pater audire hæc: & intelligere uelim. **TRISMEGISTVS.** Quiesce fili quiesce in quam audies iam harmonicam cantilenam regeneratiōis: hymnum quem nunquam sic facile propalarem: nisi tibi conditorum confiderem. Non docetur hoc: sed occultatur in silentio. Vide me fili bone: obserua singula diligenter. Sic enim te quoq; decet orantem sub diuo: occidente sole: ad austrum oriēte uero:

ad eorum faciem uertere. **TRIS.** Vniuersa mundi natura hunc
audiat hymnum. Audi terra: audi te turbines imbriū. o silue file
te: cantaturus sum creatorū omniū: totūq; & unum. Audite cœ
li: quiescite uenti: circulus immortalis dei o rōnem istam exaudi
at: Cano iā creatorem omnium. terrarum distributorem: cœlum
æquilibrantem: iubentē ex oceano aquam undiq; fluere dulcem
ad hominum alimentum: iubentē ignē fulgere superna ad actio
nis hominum: atq; de orū: Agamus illi oēs una uoce gratias: tra
nanti cœlos: naturāq; creanti. Hic mentis est oculus: hic potentia
rū benedictionem libenter excipiet. O mea uires laudate ipsum
unum & oē **Cō**sonate uoluptati meæ oēs animi uires. Cognitio
sancta: qua tuo lumine fulget: per te lumen intelligibile cantans
gaudio mentis exulto. Omnes potentia mecum una concinite.
Cōstantia canta mecum. Iusticia mea per me iustum canat. **Cō**
munio mea totum ipsum laudet. per me canat ueritas ueritatem
Bonum nostrū: bonū denique canat. **O** uita: o lux a nobis in nos
benedictio currit. Gratias habeo tibi pater: actus omniū potesta
tum. Gratias ago tibi deus omnium potestas actuū. Verbum tu
um per me te laudet. per me mūdus uerborum recipit sacrificiū
hoc. mea uires clamāt: totū cantant: uoluntatē tuam perficiunt.
Tua uoluntas abs te in totum: sacrificiū uerborū ab omnibus ex
cipe. **O** uita totum quod est in me: salua. **O** lux totum illumina:
Spiritus deus. **V**erbū tuū me regit spiritifer opifex. **T**u! solus es
deus. **H**omo tuus æc clamat. per ignem: perq; aerē: per aquam:
perq; ter rā: per spi itū: perq; creata: **A**b æternitate benedictionē
inueni: qua desiderio in uoluntate tua quiescā. **TATIVS.** No
ui pater hunc hymnū abs te ex uoluntatis affectu eantatū: unde
mundum attingi meū. **TRIS.** Intelligibilē dic mūdū fili. **TAT.**
Intelligibilē dico pater. **E**x tua siquidē cantilena: illustrata mihi

mens est: quo fit: ut ipse quoque ardeat amore canendi. **TRIS.** O fili mi tati: ne sine proposito laudes cātato diuinas. **TA.** Ex me te cantabo mi pater. **TRISME.** Quae speculor infundo tibi generationis prae genitor tati. **TA.** Deo uerborum offero sacrificia. o deus: tu pater tu dominus: tuque mens: accipe sacrificia uerborum: quae requiris a me: te uolente perficiuntur omnia. **TRISME.** Offero fili hostiam patri deo gratam: orationis quoque tue intentus esto. **TA.** Gratias habeo tibi pater: quod ista mihi predicare uolueris. **TRISME.** Gaudeo fili: quod te bona quamplurima ex ueritate. quae sane sunt immortalia opera: id a me discens filium uirtutis annuncia nulli communicans regenerationis mysterium: ne tamquam calumniatores quidam reputemur. Etenim uterque nostrum ad sufficientiam meditatus est. ego quidem discens: tu uero predicans: ex quo te ipsum: patremque nouisti.

Mercurii ad Aesculapium Epylogus.

Voniā filius meus tatius: te absente: naturam omnium discere uoluit. cunctari uero me noluit. ipse utpote iunior ac nup accedens: ad cuiusque cognitionem: coactus sum plurima dicere: ut facilis illi foret atque expeditus intuitus: opera precium esse censui: ut ex multis eligens potiora summam nunc tibi disputationem praecedentem repetam. Licet enim tecum: utpote rerum naturae perito: per mysteria quaedam percurrere. Quae sensu percipiuntur: facta sunt omnia: fiuntque quotidie. genita non a se ipsis: sed ab altero fiunt. Multa sunt genita. sensu patentia singula: differentiaque: nec omnino similia. quaecumque gignuntur: procedunt ab altero. Est ergo quis factor istorum: atque is igenitus: ut genitis antiquior sit. Genita enim diximus ab alio fluere. Nihil autem praeter ingenitum: genitis esse potest antiquius. Factor qui per

pe potentior est & unicus: solusq; re uera sapiens uniuersa: cum nihil omnino præcedat. Dominatur quoq; multitudini: magnitudini: actioni continuitati: genitorumq; omnium differentia. Præterea genita uisibilia sunt: inuisibilis ille. ob id uero facit: ut uisibile fiat. semper igitur facit. Dignum est intelligere: intelligendo mirari admirando se beatū uocare: patrem legitimū recognoscentem. Quid enī aduulcius parente legitimo: Quis iste: Quo modo cum reperiemus: An illi appellationē dei soli decens est attribuere: uel factoris: uel patris: An tria pariter cognomenta: deū ergo cognominato. propter potētiam. factorem: propter actum patrē deniq; propter bonum. Est enim potestas a genitis admodum differens: actus autē in productione cūctorum. Quāobrē sermonis uarietate: uanitateq; dimissa. duo hæc in primis meditari oportet. genitorē. s. ac genitum horum nihil est mediū. nec quicq; præter hoc aliud. Cum ergo omnia itelligere uolueris: horum recordare duorum: eaq; esse uniuersa memento. nihilq; tibi erit ambiguum. nec superiorum: nec inferiorum. seu diuinorū siue mutabilium: aut patentium: aut eorum quæ in tenebris delitescunt. Duo nempe cuncta sunt: genitor ac genitum. nec secer ni alterum ab altero potest. neq; enī. factorem absq; facto eē possibile est. utrūq; illorum idipsum existit: Itaq; neutrum disiungi licet ab altero. quēadmodum neutrorum a seipso diuidi. Si enim ipsum faciēs: nihil præter ipsum quod facit est aliud: simplex. n. est: ut semper est: ita semper est agens: idemq; sibiipsi: & in existēdo pariter: & in agendo. Nihil autem quod genitum: a seipso genitum est. non ergo seorsum factum a faciente: qui horum unū subtrahit: perdit & alterum: Vnus quippe natura propria naturam semper alterā respicit. Si itaq; duo cōcessa sunt: efficiens & effectum. unita quidem sunt inuicem. sic tamē ut unū præcedat

alterum uero sequatur. præcedens sane deus efficiens: sequens uero id quod est effectum. Quicquid id denique sit: neque diffidat quæpiam iis quæ diximus uarietate rerum perterritus: quasi tam diuersorum constructio: uel ardua sit: uel indigna: maiestate diuina. Unica enim deo gloria: omnium constitutio: atque id est. uelut corpus dei effector. Ab ipso profecto factore nihil malum. nihilque turpe. He siquidem passiones sunt. creata sequentes opera. quemadmodum æs rubigo. animata corpora: limus. At neque faber ferrarius induxit rubiginem: neque animati corporis genitor: cenam ac sordes. eodemque modo: nec deus etiam malum. Generationis autem perseveratio. malum surrepere cogit eaque de causa mutationem deus rebus instituit: & ceu' quandam generationis ipsius purgationem. Preterea eidem pictori figurare licet cælum: terram. mare: deos: homines: bruta: arbores: ac uita carentia. Deo uero uni: talium deorum facultas: O dementem: o cæcū & totius diuinæ cognitionis inexpertem. Nihil est magis o æsculapii ridiculum: quàm quod huic accidit. Nam dum se deum uenerari fatetur: ex eo quod creandi negotio cura que liberet: deum ipsum prorsus ignorat. quodque deterius est mortaliū illi passiones ascribit: inuidiam: superbiam: ignorantiam: ibecillitatem. Nisi enim faciat omnia: aut superbus est: aut potius ibecillis: quorum utrumque nepharium Deus enim unicam propriamque naturam habet idque ipsum bonum est. Bonus autem: nec superbus est: nec impotens. Ipsum uero bonum. deus est. Bonum quippe ipsa uis omnium agendorum. Quodcumque genitum a deo genitum: id est a bono & ab eo: quod omnia potest. Vide quomodo ille quidem facit: quomodo etiam illa fiunt. quod si comprehendere uelis. licet magnam rationem perpulchram. atque simillimam intueri. Aspice precor agricultorem. semina in terræ gremium diffundentem. hic triticum:

ordeum alibi: alibi uero reliqui generis femina. Aspice eundē ui-
tes malosq; & ficus repastinantem: atq; amputantem: eodemq;
modo deus ipse in cœlum quidem serit immortalitatem: in terra
uero mutationem: sin totum deniq; mundum uitam: atq; motū
Hæc autē haud multa sunt: sed pauca. certoq; numero determi-
nata. Cuncta enim quattuor sunt ac deus & generatio: quibus
omnia comprehenduntur.

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI
MERCVRII TRISMEGISTI

Mercurii Trismegisti per Marsilium Ticinum Florentinum e
græco in latinum Traducti Finis.

Venetis per Damianum de Mediolano.
M.CCCCLXXXIII. die. x. Maii.

GU

Bibli
Cer

[Faint, illegible text in a Gothic script, likely a preface or introductory section.]

[Faint, illegible text, possibly a title or a specific heading.]

[Faint, illegible text, possibly a date or a reference.]

[Faint, illegible text.]

[Faint, illegible text.]

[Faint, illegible text.]

[Faint, illegible text.]

M
A
C
M
M
A
p

2

Marfilii Ficini Florentini
Opuscula

Marfilii Ficini Florentini de Sole:& lumine
Libri duo

Apologia eiusdem in librum suum de Sole:& lumine

Catalogus librorum Marfilii Ficini Florentini

Marfilius Ficinus Florentinus de Christiana religione

Marfilii Ficini Florentini libri tres de uita sana:
De uita longa:De uita cęlitus comparanda

Apologia Marfilii Ficini in librum de Magia

GU
Bibl
Cer

MARSILII FICINI PROHEMIVM IN LI-
BRVM DE SOLE AD MAGNANIMVM
PETRVM MEDICEM.



QVAM Platonis interpretationem
auspiciis iandiu uestris inceptā Ma-
gnanime Pctre quotidie prosequor:
atq; (ut te nō latet) crebrioribus arti-
culorū distinctionibus | longioribusq;
quantū res ipsa postulat | argumentis
explano. Itaq; cū nuper ad mysteriū illud Platoniciū per-
uenissem | ubi Solē ad ipsum Deū artificiosissime cōpa-
rat: placuit rem tantā aliquanto latius explicare: præser-
tim quia Dionysius noster Areopagita Platonicoꝝ pri-
mus | cuius interpretationem in manibus habeo | similem
Solis ad Deum comparisonem libenter amplectitur.
Dum igitur ad Solem hunc .q. lucernam pluribus iam
noctibus lucubrarem: cogitavi rem hanc electissimā ex
opere magno seligere: & proprio cōmendare cōpendio.
Idq; de Sole mysteriū .q. Phœbeū munus | ad te potissi-
mum & Phœbi Musarū ducis alumnum | & Musarū pa-
tronū mittere: cui etiā uniuersa hæc noua Platonis inter-
pretatio dedicatur: ut hac interim luce .q. luna quadam |
quale futurum sit Platonicum opus totum tanq̄ Sol ad
lunam | augureris: ac si quādo Platonē meum | imo iādiu
uestrū amauisti | posthac lumine hoc accensus ardentius
ames: & tota mente complectaris amatum.

Verba ad lectorem. Librum hunc allegoricum & anagogicum esse potius q̄ dogmaticum. Capitulum Primū.



Ythagoricū præceptū est magnanime Petre p̄fecto diuinū de rebus myste-
riisq; diuinis absq; lumine nō loquen-
dum: In qbus (ut arbitror) uerbis non
id solū sapiēs ille significat: nihil in re-
bus diuinis audendum: nisi quatenus
ipsa Dei lux illinc afflatis mētibus patefecerit: sed ēt ad-
monere uidet̄: ne sine huius manifestę lucis cōparatione
ad occultā diuinorū lucē uel percipiendā uel declarandā
p̄ficiscamur. Ab hac igit̄ nos ad illā nō tā rōnibus im-
p̄sentia: q̄ cōparationibus qbusdā deductis ex lumine
pro uirib; accedemus. At uero tu interim accuratissime
lector utinam & nobis indulgentissime: Apollinei modo
& quasi poetici sub Sole p̄missi memor: seueriora post-
hac a nobis: & (ut gręci aiūt) dogmatica ne exigito. Alle-
goricā equidē dūtaxat & anagogicā ingeniorū exercita-
tionem: fideiussore Phœbo: cuius hæc sunt munera: sum-
pollicitus. Non disputāt unq̄ cū Apolline Musæ: sed ca-
nunt. Ipse q̄netiā Mercurius primus disputationū arti-
fex: & si cū Saturno uel Ioue tractat grauiā: tñ cū Apol-
line ludit. Ille quidē nō apte solū iocat̄: sed diuine. Nos
aūt utinā saltē nō inepte ludamus. Sed iā nostra hæc lu-
minis qualiācūq; futura sint acturi præludia: ipso bono
.i. summo Deo fœliciter inspirante p̄deamus in lucem.

Q̄ uo Solis lumē sit ipsi bono. s. Deo simile. Cap. II.

A ii

r Es nulla magis q̄ lumen refert naturā boni. Pri-
mo qdē lumen in genere sensibili purissimū emi-
nentissimūq; apparet. Secundo facillime omniū & am-
plissimē: momētoq; dilatat. Tertio innoxīū occurrit om-
nibus atq; penetrat: & lenissimū atq; blandissimū. Quar-
to calorē secum fert alimū oīa fouentē & generantē atq;
mouentē. Quinto dum adest inestq; cunctis a nullo infi-
citur nulli misceat. Similiter ipsum bonū totū rerū ordi-
nem sup̄eminet. Amplissime dilatatur. Mulcet & allicit
oīa. Nihil cogit. Amorē quasi calorē habet ubiq; comitē
Quo singula passim inescant: bonūq; libenter asciscūt.
ubiq; rerū penetralibus p̄sentissimū cōmertiū cum rebus
nullū habet. Deniq; sicut ipsum bonū inextimabile est
atq; ineffabile: ita ferme lumen. Hoc enim nullus adhuc
definit philosophorū: ut nihil lumine clarius sit alicubi.
Nihil rursus uideat obscurius: sicut bonū & notissimū
est omniū & pariter ignotissimū. Quamobrē Iambli-
chus Platonius huc postremo cōfugit: ut lumen actum
quendā & imaginē p̄spiciuā diuinę intelligentię nōiaret.
Quēadmodū emicās e uisu radius est ipsius uisus ima-
go. Forte uero lumē est ipse uisus cęlestis animę uel ui-
sionis ipsius actus ad exteriora porrectus: eminus quidē
agēs: cęlum interea nō relinquēs: sed semp̄ ibi cōtinuus
exteriorib; nō pmixtus: Vidēdo agēs simul atq; tāgēdo.
Nos saltē lumē solemus dicere uestigiū quoddā uite mū-
dang; quasi p̄portione quadam seipsam oculis offerētis:
Vel quasi sp̄m uitalem inter mūdi animā atq; corpus.
Sed de hoc in theologia n̄ra satis diximus. Quamobrē

ubi multas supra cœlū mentes angelicas quasi lucas ea/
rūq; ordinē & inuicē & ad unū Deū patrē luminū asse/
uerare studes: qdnā tibi lōgis inuestigationū ambagibus
opus erit: Cœlū suspice p̄cor cœlestis patriæ ciuis: cœlū
ad hoc ipsum p̄spicue declarādū ordinatissimū a deo fa/
ctum: atq; patentissimū. Cœlestia igit̄ tibi sursum cōspi/
cienti statim p̄ ipsos stellarū radios tāq; oculorū suorū aspe/
ctus atq; nutus enarrāt gloriā Dei: & opera manuū eius
nuntiat firmamētū. Sol uero maxime Deū ipsum tibi si/
gnificare pōt. Sol tibi signa dabit: Solē q̄s dicere falsum
audeat: Ita demū inuisibilia Dei. i. angelica numina per
stellas potissimū intellecta cōspiciuntur: per Solem uero
sempiterna quoq; Dei uirtus atq; diuinitas.

Sol cœlestiū illuminator & dñs atq; moderator. Cap. iiii.

Sol tāq; manifestus cœli dñs oīa p̄sus cœlestia re/
git: & moderatur. Magnitudinē eius ingētē qua/
centies sexagiesq; & sexties terrā cōtinere putat̄: impræ/
sentia p̄termittā. Principio lumē stellis oībus inserit: siue
natiuū illę p̄ se lumen exiguū habeant (ut nōnulli suspi/
cantur): siue nullū (ut plurimi putāt). Deinde illud im/
primis ex signis. xii. uiuū: ut iquit Aly & Abrahā: dicit̄:
& apparet effectū: quod Sol eo t̄pe uegetat. Immo uero
duo utrinq; signa Sol tāta uirtute cōplet: ut utrūq; spa/
tium apud Arabes ductoria Solis idest regiū soliū ap/
pelleat. In quo planetę dū sunt: incendiū tñ interea deui/
tantes uirtute mirifica pollēt. Præsertim si in hoc ipso in/
teruallo positi planetę qdē superiores exoriant̄ ante solē:
inferiores uero post solem. Rursus signū illud in quo re/

gnat sol: idest Aries caput inde fit signor: caputq; i quo
libet uiuente significat. Illud quoq; signū quod solis est
domiciliū idest Leo & cor est signor: & in quolibet ui-
uente cor obtinet. Iam uero cū Sol puenit ad Leonē | epi-
dimiā quasi Pytonicū uenenū i regionibus multis extin-
guit. Præterea semp ab ingressu solis in Arietē annua to-
tius orbis fortuna depēdet. Et hinc qdē pprie natura ue-
ris. Ab ingressu aut solis in Cancrū | æstatis qualitas iudi-
catur. Ab introitu in Librā | autūni natura. Ab accessu in
Capricornū | hiemis qualitas inuenit. Cōperta uidelicet
ubiq; p̄senti figura cœlestiū. Merito cū tps a motu depē-
deat | Sol p̄ quattuor signa mobilia | tpa quattuor anni di-
stinguit. Itē a reditu solis in natiuitatis uniuscuiusq; gra-
dū atq; minutū sua cuiq; uaria p̄ ānū fortuna reuoluit.
Accedit ad hęc quod motus solis tāq; primi & principis
planetæ (ut Aristoteles inquit) simplicissimus est | nec a
medio discedēs Zodiaco | sicut cæteri | neq; regrediens.

Conditiones planetarum ad solem. Cap. III.

i Tem certa qdā in cœlis ab ipso sole ubiq; spatia
definita uident. Quæ cū primū peregerūt pla-
netæ | motū habitūq; permutāt. Nā Saturnus Iuppiterq;
& Mars p̄ tertiā a sole cœli partē in cōspectū solis trinū
p̄uenientes | mutato statim motu | uel ante uel retro mouē-
tur. Si oriētales a sole fuerit | regrediunt: Si occidētales |
p̄grediunt. Venus Mercuriusq; breuiora qdā | certa tñ a
sole & ad solē spatia puagant. Venus qdē ultra .xlviiii.
Mercurius aut .xxviii. gradus discedere p̄hibet. Luna in
quouis aspectu solis figurā mutat atq; naturam. Et quasi

Sol alter ætates quattuor agēs|quattuor anni tpa repræ
sentat. Et quotiēs soli cōiungit̃: ab ipso gradu cōiunctio
nis cœliq; figura declarat mensis futuri naturā. Proinde
planetæ oēs cū primū cor solis attingunt|ceteris eo tpe
q̃uis exiguo dñant̃. Aliter uero p̃pinquātes soli solito in
terim officio uacāt. Cōgrediēs quidē cū sole Saturnus ri
giditatē pristinā: Mars quoq; solitā ferocitatē ponere iu
dicat̃. Planetæ supiores quatenus ad eos sol accedit|ascē
dunt. Quatenus uero discedit|cōtra descēdūt. Cōiuncti
quidē soli sunt epiciclo summi: Oppositi uero sunt infi
mi. In quadratura sunt altitudine medii. Luna utrobq;
in p̃ferente sublimis existit. In quadratura descēdit: Ve
nus atq; Mercurius|si p̃grediētes cōiungunt̃ soli|excelsi
sunt: si regredientes|infimi. Neq; fas est planetis epicicli
sui prius explere circuitū: q̃ solem quasi suū dñm cōiun
ctione reuiserint. In his quæ diximus uident̃ p̃fecto pla
netæ supiores|q̃n in cōspectu solis trino gressum mutāt
regiū reuereri solis aspectū. Et cōiuncti cū sole ideo esse
summi atq; directi: q̃m sunt interim cū Rege cōcordes:
Cōtra uero q̃n discordes sunt. i. oppositi|retrogradi sunt
& infimi. Venus atq; Mercurius q̃n solē attingunt|si re
cti tunc incedūt. i. obediētes dño|sublimes euadunt. Sin
obliqui. q. rebelles|interea sunt abiecti. Luna uero si etiā
opposita soli|est sublimis|nullā nobis admirationē debet
afferre. Quid. n. lunæ lumē est|nisi idē ipsum solis lumē
hinc & inde lunari speculo repcussum. Atq; ī plenilunio
in solē e cōspectu reflexū. Descēdere aut̃ luna uidetur in
quadratura: q̃m torua tūc dñm intuet̃. Rursus sicut Sol

non refert pedē: ita neq; retrocedit Luna ꝑ icicli uelocitate præueniente segressum. Luna denique uirtute solari ubi in uia Solis reptentrionē petit ingēti Draconis capite cōstituto signis ibidē augmētū præstat. Vbi uero meridiē | decrementū Cauda proiecta. Planetæ oēs orientales a Sole facti | uel occidentales cōditionē utrobiq; mutant | atq; cognomē. Omnes quidē uerentur Solis uia | quā eclipticā nominant. Inferiores planetæ magis deinceps atq; magis. Fœminæ deniq; .s. Luna Venusq; maxime. Ideo plurimū digrediuntur in latus. Omnes deniq; uel in hoc tramite collocati | uel hinc digressi rursus ad septentrionē interim aut meridiē procedentes | cōditionē ubiq; mutare putantur. Luna generationis domina nullū habet manifestū nisi a Sole lumen. Atq; ex perfecto Solis aspectu omniū cælestiū uires accipit: ut iquit Proculus: quasi in Sole sint oēs: uiresq; similes ad nostra demittit. Virtus Solis in generationibus atq; temporibus. In genesi & in omnibus. Cap. V.

Eniq; in cuiusq; hominis natiuitate ipse Lunæ locus declarat dominū genituræ | conceptionisq; momentū. Et lunæ cū Solæ cōiunctio uel oppositio ante hominis ortū facta | ueritatē natiuitatis apit | & fortunā. Atq; in præsentī figura ea cæli portio in quā incidit pars fortunæ natiuitatis Dæmon dicitur ab antiquis: portenditq; uel ducit (ut placet Aegyptiis) totius uitæ tenorē. Partē uero fortunę designat spatiū iter Solē primo | atq; Lunā obseruatū: deinde ab ascēdēte gradu proiectū. Proinde Astronomi ꝑ motū Solis iam compertū planetarū

loci
solari
nis cap
aero m
orienta
diq; m
uiaq;
deincep
maxima
niq; uel
ad sepe
ione ubi
nullu h
ecto So
Proci
a demin
ous. In q
ipse Lu
ceptione
positio ad
& fortu
incidit pa
nis: por
tre tem
primor
iectu. P
planeta

motus inueniunt: atq; metiuntur. Et sol motu suo noctes
diesq; distinguit: & horas: & menses: & annos. Lumine pariter
& calore generat: uegetatq; & mouet: & regenerat omnia: &
exhilarat: atq; fouet: & quae occulta fuerant: prius aduentu: effi-
cit manifesta: accessuq; uicissim atq; recessu: quattuor effi-
cit anni partes: & regiones nimium a sole remotae: semotet pa-
riter sunt a uita: Verum quod est tempus optimum: quoniam ab Ariete
regno Solis incipit. Autumnus uero pessimus: quoniam a Libra ca-
su solis exordia sumit. Natiuitas postremo diurna comiter
existat: melior quam nocturna: & illa quod est ex Sole plurimum:
haec uero iudicatur ex Luna tanquam speculo Solis: Caelestis in
natiuitate figuram in partes duodecim partiuntur. Vbi cum nonam
quidem Solis: tertia uero Lunae destinatur: illam profecto Deum no-
minant: haec Deam: & optima quaeque significare putant sapientiam:
fide: religionem: gloriam sempiternam. Haec enim omnia sol & omnem
tatē. Hinc plotin⁹ p̄bibet corpeas lumini tribuere passio
nes: idest | accedere | recedere | diffluere | refluere | cōtrahi | di
latari. Sed potius dicēdū putat | ubi corā lucido p̄spicuū
quid exponit̄ | statim lumen illic existere: illic agere. Sin
minus | nō existere illic | non agere. Neq; tñ simpliciter esse
desinere | q̄ diu corpus ē lucidū. Sicut neq; radi⁹ uisualis
quādiu uisus. Lux qdē est forma primi corpis priā. Itaq;
tam p̄fecta: ut non p̄ modū ociosæ qualitatis cuiusdā ab
actu distincta: sed potius p̄ modū uegetioris act⁹ existat
tam uidelicet efficacis | ut momento p̄ oīa sese porrigat | a
fonte p̄prio non disiūctus. Præterea in quocūq; sub cælo
corpore p̄ualet igneus qdā uigor igni cælesti similis | emi
cat & inde lumē aut fulgor qdā. q. familiaris color. Pro
inde cæli luminisq; natura | ut foueat oīa non cogit̄ de ī
tegro p̄ cuncta discurrere: si uerū sit paradoxon: hanc eē
semel cūctis infusa in. Hinc hærus ille | qui apud platonē
surrexit ex mortuis | interea lumen inspexerat | cælesti ui
delicet quodā uisu | sed oculis caducis occultum. Quod
quidem per omnia prorsus extētum | regeret uniuersum.
Luminis huius uehiculum | idest perspicuum Iamblichus
ex theologia phœnicū asserit cūctis uel opacis infusum:

siquidē his omnibus inest & color aliquis quædā portio
luminis. Lumen autē seorsum a perspicuo in opacis esse
nō potest: quāuis forsità in se penes luminosum esse pos-
sit. Si secretum Timæi sensum recte uaticinamur ignē
ipsum spūmq; cælestē proximū animæ mundanę uehi-
culū simul cū hac ubiq; uigere cognoscimus. Hæc enim
aia motu qdē uitali calorē edit ubiq; atq; motū: intelligē-
tia lumen simulq; luminis uehiculū ubiq; diaphanum:
Neq; tamē proprie lucere terrā licet dicere. Siqdem neq;
perspicuū huic miscet: neq; lumen cōmunicat quāuis in-
fufum. Siquis astrologorū regula fretus cōsideret quantā
uim habeant innumerabiles ubiq; radii machinæ cæle-
stis imensæ ad penetrandā terrā mundi punctū hinc sal-
tē cognoscet per hanc quoq; passim diffundi cæleste lu-
men atq; diaphanū illic lumini necessariū. Quāuis ocu-
lis q̄ plurimis hæc in terra patere nō possint. Patent uero
forte quibusdā illic degentibus animalibus. Aiunt enim
Platonici sicut se habet frigus ad calorē: nigredoq; ad al-
bedinē sic habere tenebras se ad lumē: ut tenebra non sit
priuatio pura luminis: sed lux minima uel opacissima.
Nigredo minus opacū lumen. Perspicuū. q. quædā pau-
lo clarioris luminis incohatio. Color quædā luminis ter-
minatio. Quod qdē una cū colore quodā quodāmō sit
ubiq;. Tā. n. potēte tū aia tū cælestiū lumine fieri: ut pu-
ris tenebris locus nusq; pateat. Siqde & calorē ad ampli-
tudinē luce debiliore esse ubiq; sub terrā effectus multi
testant. Pythagorici forsā hinc adducti nescio quā ī cē-
tro mūdi turrim Iouis ædificauerūt. Vestalē certe (ut ali

bi diximus) ignē illic accenderūt. Ausi quoq; sunt p pte /
rea terrā stellā quādā cognominare. Vna cū his Theolo /
gi ueteres atq; Plato | qd' & effectus ipsi confirmāt flumi /
na quādā ignea p terræ meatus deriuauere: igneosq; illic /
dæmones inuenerunt.

Aliud lumen est | aliud calor | atq; lumen antecedit ca /
lorem. Cap. X.

q **V**od aliud fulgor sit | aliud calor | p spicuum est. Nā /
fulgēt siue nitēt quę nō calēt: ac etiā frigida mul /
ta. Calida sunt ēt multa | quæ fusca: Calor ignis penetrat /
sæpe q̄ nō trāsīt splēdor: p pagat' & splēdor lōgi' citius q; /
multo q̄ calor. Quod sit calor a lumine | ueniet q; q; co /
gitabit | ēt in spiritibus intelligētīæ claritatē origine qua /
dā antecedere uolūtatis affectū | & in mūdi machina solis /
radios sequētis calorī originē esse. In superioribus qdē /
regnat unio: in sequētibus uero diuersitas. Itaq; in hoc /
apud nos igne | quis calor in eodē corpe sit | in quo & lu /
mē | nō tñ est in lumine: sicut neq; elemētaliū qes est ī mo /
tu. In cælestibus aut est & in lumine calor quasi lumē & /
in cæli motu est ipsa cæli quies | ut physice loquar. Deniq; /
super cælū in ipsa intelligentia est uoluntas quasi eadē. /
Et in uoluntate gaudiū uelut idem.

Lumē nō fit illuminati qualitas: sed est actus illumi /
nantis. Neq; lumina cōfunduntur. Lumen est uinculum /
uniuersi. Cap. XI.

c **V**m uero lumē causa sit calorī: neq; tñ generis /
sit eiisdē merito tāq̄ in superiori quodā genere /
constitutū | adeo hunc apud nos etiā antecellit: ut ipsum

quidē a luminoso corpore tm̄ pēdeat: sed a subiecto pa-
tiente nequaq̄. Hic aut̄ utrinq; dependeat. Lumen igitur
soliū illuminātis pprius & naturalis actus existit. Neq;
corporis illuminati fit qualitas: neq; tam inest q̄ adest il-
luminato. Ideo neq; diaphani naturā permutat: neq; hoc
per locū mutato mutatur: neq; certū per hoc habet spa-
tium. Occurrit enī ultra semper seipsum propagaturū:
eodemq; momento reflexiones multiples agit. A specu-
lis in specula. Ab aqua in speculū: Et hinc rursus in pa-
rietem. Similiterq; deinceps. Neq; per reflexiones usquā
deserit illud unde reflectitur. Et in quolibet aeris puncto
multiplices format rez̄ imagines spirituales. Per quas pos-
sit oculus rem totā in puncto quolibet contueri. Per hęc
omnia confirmatur lumen nō esse corporeū aliquid uel
corporis qualitē. Sed ut redeamus parūper ad cōpa-
rationē luminis cū calore: neq; paulatim illuminat: neq;
hic uel parūper restat illumināte desup̄ abeunte. Quod
sæpe iā diximus. Calor aut̄ utpote qui aeris calefacti fit
qualitas paulatim accedit atq; recedit: & abeunte lumi-
ne residet in subiecto. Potest itaq; lumē idē de substātia
in substātiā pertransire: siquidē nō sit subiecti alicuius
accidens aut qualitas aut passio quædam: sed inseparabilis
actus agentis. Merito inter substātiā quasi in se subsi-
stentē & qualitē quæ ab agente simul & patiente depē-
det existit luminosus actus solū agēti suspēsus. Quādo
lumen calefacit aerem: calefactio & a lumine depēdet &
aere: atq; inter lumen calorēq; genitū tenet mediū. Cum
igit̄ calor hic subducto lumē maneat: lumē aere sublato

penes solē existere potest: quia propriū. Propriū enim inseparabile est. Sic inter lucē lucido corpori penitus intimā atq; calorē iam aeri factum intimū mediū est lumē: partim qdē lucenti intimū: partim ēt extra pcedēs: ut radialis actus spectaculi directus in speculū: atq; radius uisualis ex oculo micās. Hinc patet lumen propriū esse nature cælestis: neq; corporibus ullis cōicari nisi. q. cælestibus. i. diaphanis & igneis: ut iā diximus: & in his quidē cælestē cōseruare proprietatē. Cuius munere neq; diaphano misceat̄ illuminato: neq; lumina luminib; cōfundunt̄. Eiusmodi nāq; cōfusio nō ad cælestes actus atq; uirtutes. i. ad radios: sed ad elementales ptinet qualitates. Quare nulla est ad p̄sentiā luminis necessaria. Satis. n. illi est: si terrenā opacitatē nō offenderit: cælestibus percipiendis ineptā: quasi lumen ubiq; sui iuris sit: nec usquā cælestē amittat sublimitatē. Lumina uero luminibus nō cōfundi: hinc apparet: q; si ad tres lucernas deambulaueris: tres umbras ex opposito reddes: uidelicet ppter tria lumina inuicem nō confusa. Item si tribus his ingentē tabulam opposueris: in cuius medio unicū sit foramen: tria statim lumina e tribus lucernis in oppositū resultabunt. Quia uidelicet nō sunt cōfusa. Deniq; si lucernā unā substuleris: suū illā lumē. q. comitari uideat̄ splendore cōi interim diminuto. Mitto nūc Dionysiacū illud: tres in uno splendore radios: diuinā nobis trinitatē repræsentare. Mirabiles in radiis esse uires: sed occultas Astronomi comprobant: atq; Magi. Sed etiā nimiū admiranda est: quæ multis nota: ubi ex ære concauo radii ad centrum e conspe-

etu q̄ plurimū p̄ æquales q̄sq; angulos repercussū remotū
 etiā corpus uel durissimū prorsus adurunt. Vñ cōstat in
 super radios naturaliter esse calidos. Siqdē sola cōgrega
 tione feruentissimi mox euadūt. Tanta p̄culdubio est po
 tentia luminis: ut cęlestia alioq̄n a terrenis. q. absq; p̄por
 tione distātia facile & subito plurimūq; cōciliet. Neq; so
 lum uirtutes stellarū oēs ad sequentia transferat: sed solē
 ipsum stellasq; ad inferiora traiciat. Q̄ uēadmodū spūs
 noster aīæ uires ipsamq; aīam ad hūores traducit & mē
 bra: atq; sicut in nobis spūs ē aīę corporisq; nodus: ita lu
 men ē uinculū uniuersi. Sol. n. & stella quælibet lumen
 suū non p̄ tenuissimā. q. lineā iaculāt: sed ex toto suo am
 bitu circūfundunt: Sed hoc statim undiq; colligit se ī co
 num: ne forte extra suū fontē p̄fluens euanescat. Sic. n.
 propter unionē ualidius aget: & totū facilius erit ubiq;. Ac
 dū tota basis coarctatur in conū: stella tota oīs q; uir
 tus eius per angulū aderit: agetq; potēter ubiq; poteritq;
 in angulo tota eius magnitudo uideri. Sic etiā cū in stel
 lis centrū & circūferentia sit: lumē carū quatenus a toto
 p̄fluit ābitu: circūferentiā imitatur: quatenus autē colli
 gitur in angustū: imitatur & centrū. Imitatur & ipsā (ut
 platonice loquar) mundi animā. Ipsā quidē eius intelli
 gentiā claritate sua: uitā uero calore: motū deniq; motu.
 Sed de his oīb; satis ī cōmētariis ī plotinū atq; Timeū.

Lumē imitat Deū: Grad; luminū: Color; sciar;. Nu
 merus septenarius atq; nouenarius. Capi. XII.

q̄ Vodāmodo etiā imitatur Deū. Nullus. n. oculus
 quātūlibet acer: lumen ipsū in se purę solūq; cer

nit: utpote quod incorporeū ē oīno pportioneq; oculorū
superat ut diuinum. Vident uero lumē oculi dūtaxat in
corpore illuminato uel luminoso & hoc quidē paulo de-
siore uidelicet oculis lumē contēperante. Forte uero illu-
minatū potius q̄ lumē cernūt. Debilissimi qdē oculi neq;
hoc ēt substinent. Validiores hoc intuent: sed non circa
solem: Vegetissimi circa solē quidē: Sed in sole nequaq;
Similiter ad Deū intellectus uarios se hīe cognosces. Co-
gnosce p̄cor solē uno quodā nutu posse simul oīa facere
uel remotissima quæq; lumine uidelicet & calore. Deūq;
similiter facillime cuncta intelligētia simul & uoluntate.
Cogita rursus Deū tria reꝝ genera p̄creare. Angelos p̄a-
nitus incorporeos: Itē formas oīno corporeas. Medias ue-
ro aīas: incorpeas quidē substantia: sed affectu motuq; q.
corporeas. Similiter solē aspice: calore semp corporea ge-
nerare. Item lumine spirituales corporeꝝ imagines p̄ aerem
resultantes. Medios uero colores. Septē p̄cipui sunt effe-
ctus tū solis circa corpora: tū diuini luminis circa mētes
& animas. Nā penetrat: illustrat: accendit: excitat: amplifi-
cat: eleuat: format. Memento deniq; neq; solē neq; aliud
quicq; absq; lumine solis uideri posse: siquidē oē lumen a
sole dependet. Similiter ad diuinā lucē ueritatē primā ue-
rorū oīum plenitudine intellectus oēs se prorsus hīe. Sed
de his in Theologia latissime. Quibus adde: quid sit lu-
men nullus absolute definit. Sed quid non sit: semper ar-
gumentamur. Non corpus: Nō qualitas mixta corpori:
Non color: Non diaphanum: Non ymago cælestium: q̄
quidem simpliciter sit ymago. Non. n. ymaginis est ultra

F

imagines imaginariāq; cognitionē etiā substantias age-
re. Negationibus igitur cōparationibusq; quibusdā dūta-
xat lumē cognoscimus sicut deū. Iuuat uero parump; cō-
parationes eiusmodi psequi. At tu interim da uerbis ue-
niā lucis amice. Diuina lux per nouē angelorū ordines
distribuit. Quē numerū in mentibus Platonici etiā rece-
perunt. Ad similes uero gradus animæ quoq; beatæ reci-
piunt. Similiter solis lumē per nouē gradus præcipue di-
stribuit. Primus quidē gradus luminis est in sole. Secū-
dus luminis ī firmamēto cādidi ob raritatē quoq; nobis
occulti. Tertius cōspicue lucis in stellis. Sed hæc ibi tri-
na. s. cādida | rubea | mixta: sunt igitur hucusq; gradus qnq;.
Ad rubeā refertur ignis. Sextus in diaphanis sub luna sim-
plicibus. Septimus in diaphanis sub luna cōpositis ceu
uitris atq; christallis lumē minime cōseruātibus. Octau⁹
īn diaphāis cōpositis cōseruātibus: quales sunt oculi mul-
ti & noctilucae | carbunculiq;. Quibus inest pinguis quæ-
dā cū perspicuitate tenacitas | luminis cōseruatricis. No-
nus desinit in colores imaginesq; colorū. Præterea si colo-
res sunt quasi lumina quedā | totidē ipsi quoq; gradus ha-
bent. Extremi quidē sunt albus atq; niger. Horū medius
æque distans uiridis. De quo satis in libro de uita secūdo
Inter albū atq; uiridē croceus est albo similior. Rubeusq;
clarus prope uiridē: Zafirinus uero medius. Tres simili-
bus quoq; gradibus inter uiridē sunt & nigrū ex antece-
dentibus trina proportione cōmixti. Cū uero scientiæ lu-
minibus lūminosisq; coloribus comparari possint | merito
sunt & nouē. Quasi musæ sub Apolline nouē. Scientia

quidem uel de rebus agit p̄nitus separatis: uel omnino
corporeis aut mediis. Illa quidem diuina. Ista naturalis.
Hæc mathematica. Harū quælibet secatur in tria. Diui/
na enim uel cōtemplatur. Deū: uel substantias omnino
diuinas ut angelos: Vel intellectuales animas natura qui/
dem diuinas: Sed quodāmodo etiā uergentes ad corpo/
ra: Sed interim separabiles. Hucusq; diuina scientia cō/
templatur. Naturalis autē tria quoq; cōsiderat. Vel ele/
mentalia corpora: uel cęlestia: uel animas his coniunctas
Mathematica quoq; triplex. Aut enim solam quantitātē
tractat siue numeralē siue cōtinuam: ut Arithmetra Geo/
metraq;. Aut quantitātē eiusmodi cū ratione motus: ut
Astrologus. Aut etiā cū ratione sensus: siue uisus: siue au/
ditus: Vt perspectiua uel Musicus. Nouem igitur cōmu/
nia scientiarum lumina sunt: Sed longius iam digressi
uidemur.

Lumen est quasi spiritale quoddam. Et spiritus sunt
lumina quædam: Similitudo luminis ad animam atq;
angelos.

Cap. XIII.

q̄ Vod lumē spiritale quoddā sit: potius q̄ corpale:
ex eo cōstat: ut alibi diximus: q̄a passim sine tpe
ppagat̄. Sine offensione implet p̄spicua corpora. Sine
sui inquinamēto se sordidis circumfundit. Pręterea cor/
poribus his facilius se largitur: quæ longius a corpulen/
ta mole discedunt. Vnde purissima corpora cęli & ignis
qui cęlestis est: ut Platonici putant: in se lucent. Aer &
aqua ab illis. Interiora terræ neq; ex se manifeste nitent:
neq; ex illis. In superficie terræ lumen mixtionibus.

diuersis elemētorꝝ quattuor maxime terrenis infusum | di
uersorꝝ colorꝝ induit formas | quasi corpuscula | quorꝝ qua
si q̄dā animulæ sunt scintillæ luminis illis infusæ. Quas
si ab illis mixtionibus segregaueris | atq; seruaueris | uide
bis forte quales sint rōnales animæ a corporibus sepatꝝ.
Sunt. n. lumina q̄dā olim in corporibus cōfusiora: sed iā
in naturā ppriā restituta | ideoq; clarissima: Sic. n. corpus
ab aīa diuersissimū illi quasi eclipsim obducit | sicut luna
cōiuncta soli: Immo uero sicut mixtio terrena a cęlo alie
nissima | cęleste lumē reddit opacū: facitq; colorē ex lu
mine | sic corpus circa animā reddit ex intelligentia sen
sum. Quē admodū radius calorē q̄dē pmiscet aeri | lucē
uero retinet nō pmixtā: Sic aīa corpori uitā cōicat: i intel
ligentiā uero nequaq;. Instar lucis sine cōpressionē sui se
colligit in angustum: sine distractionē rursus explicat in
amplum. Nec aucto corpore crescit ipsa: neq; diminuto
decrescit. Lumē ab amplo dependēs se colligit p̄ foramē
trāsuersisq; radiis psilit in oppositū | figurā pristinā | mox
amplitudinē quoq; paulatim subinde recipiēs ad eandē
deniq; rediturū. Similiter aīa ab ampla diuinitate in an
gustū corpus affectūq; apud nos redacta | pōt hinc ēt in
columnis emigrare | pristinam q̄nq; formā & amplitudinē
receptura: Quales etiā descensus ascensusq; sit angelorꝝ |
radii quoq; declarant prosilientes huc resilientesq; mo
mento: & prosiliendo solem minime deserentes.

Lumē i deo: i āgelo: i rōne: in spū: i corpe. Cap. xiiii.

u Erū ut redeamus illuc unde digressi sumus | cælū
quāuis in se | nō tamē ex se sed ex superiorꝝ clari

tate & gaudio refulget & gestit: ceu oculus ex spūs clari-
tate animiq; lætitia. Spūs aut̄ lætatur maxime claritate
sua solisq; Animus claritate spūs atq; mentis. Videt̄ aut̄
lumen hoc esse mens refulgēs per corpus p̄spicuū. q. ui-
trum: & inde iā facta uisibilis. Mens aut̄ lux in se ob ni-
miā ubertatē tenuitatēq; p̄cinitus inuisibilis. Siquidē lu-
men & si est ubiq; die in usquā tamē apparet nisi ubi den-
sum est aliqd atq; resistens. Subtrahe densitatē. Et si non
uidetur: est tamē ibidē. Adde iterū densitatē statim rur-
sus apparet. Hinc plane cōstat lumen ipsum in se esse in-
tellectuale quiddā. Quod quidē mox sensibile fiat sub-
dito uidelicet denso: lateat uero subducto. Quomō uero
uisibilem ex inuisibili lucē euasisse fingamus. q. ex scin-
tilla iam mota lucidū quendā circulū in sexto theologiæ
tractamus. Proinde lux in mente est ueritas gaudēs: gau-
diūq; uerū: lumen a mente in corporibus est quædā ueri-
tatis rez; sensibiliū declaratio. Pulchritudinis flos: oble-
ctatio sensus. Sed repete rectius. Nēpe lux tanq̄ propria
corporis circularis p̄petuo reuertentis ad idē: imo & in-
telligentiæ seipsam reflectentis in orbē: nimirū ubiq; tā-
gens repetere uidet̄ originē: dum sursum reflectit̄ in se-
ipsam: nosq; similiter cōtēplatione simul & amore sui re-
ducit in patriā. Sed interim me quoq; cōpellit ut inter-
loquendū nescio quomō circuli more iā sæpius reuertat̄
ad idē. Tu aut̄ indulge p̄cor p̄lixo huic amico lucis: ipse
lucis amice. Bona igit̄ iā uenia repetā. Lumen in diuina
mente itelligentiā sup̄eminet: Inde āgelicæ mētī lumē idē
infusum: secundū intelligentiā reddit̄: sed sup̄ terminos

rationis. Diuinū hoc angelicūq; lumē in mentib; hoīum
secundū rōnem iā euadit. Sed supat phantasiā. Iam spū
secundū phantasiā sup sensum. In corpe uero maxie ocu
lis. q. celestibus aīæ stellis sensui iā familiare fit: Sed non
materiæ. Nā ipsum ē pulchritudinis florē in corporib;
apparentē plotinus in quodā splendore non corpeo col
locauit. Ipsa certe pulchritudo priā nihil aliud ē q̄ splen
dor gloriæ penes patrē luminū: & figura substantiæ ei;
Vnde triplex emicat pulchritudo. Priā q̄dem per ange
licos intellectus. Secunda uero p̄ itellectuales aīas. Tertia
per corpora ubiq; formosa. q. lumen unū per tria quædā
uitra coloribus itcr se uaria: Ideoq; uariū ex priō splēdo
rē subinde reddentia. Ipsa igit̄ grā pulchritudinis. Q̄ ue
ctiā in corporib; intuentes & cogitantes tā mirabiliter i
se conuertit nihil aliud ē q̄ splendor p̄ gradus desup emi
cans. Maxime uero p̄ radios oculor; & rapiens intuētes:
& amatores occulto quodā calore mirabiliter in se trans
formans. Sed de his in libro de amore satis. Ad institutū
ordinē reuertamur. In oībus mentib; lumen ē uita exu
berans. Veritas clara certa; lætitia plena. Inde in corpo
ribus ē diuinæ explicatio & effusio uitæ. Declaratio ueri
tatis rex; & auctoris: Gratia formæ: Voluptatis incitame
tum. Empedocles & Zeno uoluntiquēadmodū se hēt ad
carbonē flāma: sic quodāmō se hīre lumen ad flāmā. Atq;
flāmā esse quasi lumen dēsum. Lumen uero flāmā rarissi
mam uitāq; cunctor;. Plotinus & proculus arbitrant̄ cē
uisum quendā aspectūq; numinū p̄ radios cælestiū ocu
lorum p̄cul emissum. Atq; esse spūm quendā diuinū: qui

& oīa uideat: & quātū in se ē ab oībus uideatur. Addū
eiusmodi spūm exingui nusq̄ sed sydera sequi: sicut ui/
sualis radius aīaliū nocte uidentiū. Nunc quidē emicat
foras: nunc uero non emicat: nec interea prorsus extingui
tur uitam oculi sui continue comitans. Si enim tota cæli
natura sempiterna est: in hac autē nihil familiarius pul/
chrius efficacius diuinius ē q̄ lumen: nimirū & lumen ē
sempiternū. Forre ēt coniectare licet ignē quoq; sub Lu/
na lumenq; suū sempiternū esse. Est. n. portio quædā cæ/
lestis ignis cælesti quodā impetu crassioribus inclusa cor/
poribus. Hunc ægyptii cælestem spūm cognouerunt ele/
mentis infusum. Hunc pythagorici Vestalē ignem inue/
nerunt uel in centro mundi feruentē. Hunc stoici intelle/
ctualē ignem p̄ oīa discurrentē cogitauerunt. Hunc & Pla/
to qualem in Timeo pbauimus & plotino. Hunc theolo/
gi ueteres teste Marone diuinū ætherem uiuentibus hau/
stum dixerūt ire per omnes terrasq; tractusq; maris cæ/
lumq; profundum. Igneus est ollis uigor & cælestis ori/
go. Forte igitur ignis cum uidetur extingui in ocul/
tum resoluitur ignem. Lumenq; huius in lumen illius
occultum.

Animæ & si nominantur lumina tamē in unum qua/
si commune lumen resolui non possunt. Cap. XV.

q̄ Vod modo fingebam & si forte non est uerum li/
centius tamen fingi potest. De anima uero fingi
reuera non potest. Quæ enim cōmunem iter se materiā
habent inuicē confundi possunt. Item quæ aliorum par/
tes sunt in illa restitui. Rursus quæ superioris substantiæ

actus quidā pedissequi sunt in illā quasi resolui: & quæ ac
cidentia facilius euanescere. Rōnales autē aiæ substantiæ
sunt incorporeæ & rectrices corporū: eisq; repugnātes per se
agunt ad se conuertunt. In se subsistunt. Superiori et quāq;
rebelles. Inter se nimiū discrepantes. A substātiis accidē
tia rōne distingunt: a corporeis incorporea separāt. Itaq;
neq; confundi pōt uel restitui uel resolui. De his in Theo
logia & secūdo epistolæ libro latissime. Ac si aiæ fingā
tur ut lumina nō qdē ut radii sunt: sed ut luces: & hæ q;
dem substātiales sensibili luce lōge p̄stātiores: similes qui
dem stellis potius q̄ luminibus depēdētibus: natiuo quo
dam lumine p̄ditæ ferme sicut stellæ: aliud p̄terea lumen
sicut stelle a sole diuinitus accepturæ. Sicut lucē uisibile
non p̄cipit nisi lux aliqua uisualis: nec itelligibilē nisi lux
quædā itellecualis: ita neq; substātiale distinctā sempiter
nā nisi lux substātiale distincta sempiterna. Præsertim si
illa sit sub ipsa sempiternitatis rōne p̄cipiedna. Per hanc
itaq; rōnem. q. p. speculam tibi prospicienti propria sta
tim nostræ mentis immortalitas rutilabit.

Lumē est quasi uisibile numē & Deū referēs | & nos
gradatim ad mores & diuina perducens. Cap. XVI.

d Eniq; lumen ē quasi numē quoddā in mundano
hoc tēplo Dei similitudinē referens. Adeo ut pla
to noster in libris de repub. hoc ipsius boni filiū noīaue
rit. Est. n. instar Dei aspectu añ oīa uenerandū. Est & am
plificatio quædā subita & latissima absq; detrimento sui
ob exuberantē bonitatē largitatēq; suā cunctis sese liben
tissime & felicissime largiens. Cā cōseruatioq; & excitatio

omnium quæ nascuntur. Proinde ad uitam ueritatē | læti-
tiam | unde descendit | cetera subleuat. Absq; huius p̄sentia
mori cuncta uidentur. Huius aut̄ p̄sentia reuiuiscere. In-
terim uero dū ipsum nō solū fit a sole | sed et̄ conseruat̄ |
neq; inde discedit | nos admonet | non solū a deo fieri | sed
seruari | atq; ab illo minime discedendū. Sigdē illud ubi
longius distare iā uideat̄ a sole | ibi uehementi⁹ reflectit̄ er-
ga solē. Et si forte uidebor alicui curiosior | dicā tñ quod
mihi nunc de iustitia uenit in mentē | amore lucis & iusti-
tię raptus. Quis enī modus adsit amori? Nempe uideat̄
mihi lumē sæpe nos ad iustitiā cohortari | ab iniustitia de-
terrere | ubi q̄ potens ip̄a iustitia sit q̄ ipotēs iniustitia ma-
nifeste declarat. Radius enī q̄ tanq̄ iustus incidit | rectus |
æquales utrinq; reddēs angulos | potēter agit | & penetrat.
Et ubi ex aere transit in aquā | non frangit̄ p̄ obliquum.
Atq; ubi tangit solidū. q̄ fortis reflectit̄ in seipsum. Con-
tra uero radius | q̄ tanquā iniustus decidit ex obliquo | an-
gulos utrinq; faciēs inæquales | tanquā debilis uix efficit
quicq;. Subito frangit̄ in obliquū: nec in se redit unquā?
sed residit in aduersum. Quātū uero lumini tanq̄ diuio
constantia | equalitas | puritas ubiq; sit grata | declarat ip̄m
in corporib⁹ specularibus. In qbus & ex quibus ob hæc
tria mix̄ in modū multiplicat̄. Dixerit forte poeta q̄spiā
sicut phœbus daphnē | ita lumē amare uirginitatē. Sigdē
flos ipse candoris | una cū uirginitatis flore uiget | simulq;
disperditur. Præsertim in orbibus oculorū | ex quibus etiā
testificatur ingeniū. Hinc certe Democritus puellā quā
modo uirginem iudicauerat | sagaciter deprehendit mox

G

pollutam. Sed iam redeamus ad institutum. Lumen non solum nos in moribus instruit; sed et quod optimum est, diuinum humano generi commemorat cultum: ut neque impii negare audeant esse Deum. Cuius simulachro sensibus nihil clarior. Neque flagitiosi uel latere oculum uel effugere manum eius se posse confidant: Cuius simulachrum est ipsa claritas. Ac uelocius quam dici possit momento per omnia dilatare: nec est qui se abscondat a calore eius. Unus in omnibus & super omnia Deus. Unum in omnibus & circa omnia lumen. Lumen in omnibus Deo factis est quidam diuinæ claritatis splendor. Atque (ut ita loquar) est deus, qui seipsum finiens: & ad operum suorum capacitatem sese accommodans. Deus autem ipse est lumen inmensum in seipso consistens: ac per se in omnibus & extra omnia per inensum. Fons ille uitæ: in cuius lumine (ut ait Dauid) uidemus lumen. Oculus quoque quo omnes uident oculi: & ut inquit Orpheus: oculus qui cuncta in singulis inspicit. Ac reuera omnia conspicit in seipso: dum esse se prospicit omnia. Constituit autem: ut in uno lumine cuncta conspicerentur: non corpora solum: sed et incorporea. Lumen uides in materia mundi plenum omnibus rebus omnium formis atque uolubile. Subtrahe materiam. Relinque cetera. Hæc autem incorporeum lumen a corporibus separabile omniforme mutabile: Deinde rursus huic mutationem. Es iam intellectum angelicum consecutus: separatum lumen: & omniforme iamque et immutabile. Detrahe huic eam diuersitatem: per quam forma quælibet diuersa est a lumine. Aliæque diuersæ sunt ab aliis: & infusæ insuper aliunde. Lumen hoc infinite lucet: quia natura lucet sua: estque simpliciter absolutum. Ita demum

Deus mentis oculis per hoc lumen superiore quodam lu
mine coruscabit iuta sensuq; plenissimum: quandoquidē
ymago eius. i. solis lumen uitam omnibus sensumq; lar
gitur: & quanto lux illa excellētior est q̄ nostra: tāto mai9
mēti gaudiū q̄ hęc oculis afferet. De statu bea
torū sub diuino lumine atq; miserorū. Cap. XVII.

Sol in supna Hierusalē: ut ppheta inquit est ipse
Deus: qui cultoribus in terra suis in cælestem pa
triā reuersuris proculdubio pmittit uniuersæ ueritatis lu
men: ac plenū in lumine gaudiū. Lumen hoc præcipue
sapiētib; alios ad iustitiā instruentib; pollicet. Fulge
bunt (inquit Daniel) docti sicut splendor firmamēti: & q̄
multos erudierint ad iustitiā: tanquā stellæ in perpetuas
æternitates. Non inqt: sicut sol fulgebūt. Sol enī illic est
ipse deus. Splendor uerò firmamēti ē candor ille cælorū
ob raritatē suā oculis nris semp occult9. Cū. n. tot9 ignis
luceat: multo magis tota substātia cæli uel ubi nō sūt stel
læ: lucet: sed uelut ignis pcul in materia tenuissima lucēs
uix ulli conspicu9. Eiusmodi splendore fulgebunt sapiētes
illi qui apud nos sola fuerint contēplatiōe contenti. Qui
uero contēplati diuina: deinceps ad actionē se cōtulerint
erudiri ceteros ad iustitiā atq; sapiām: uberiore quadā
atq; manifesta: sicut stellæ luce fulgebūt. Cū. n. sapientes
nihil aliud amauerint & coluerit q̄ lucē. Hęc enī solā in
qualibet ueritate quærenda: quæritāt: merito lucis præmia
referūt: & qui ceteros illumināt in ppetuū: nō iniuria ipi
quoq; in ppetuas (ut inqt) æternitates diuinitus illustrā
tur. Quēadmodū uero piorū præmiū est mira quædā lu

cis participatio ita supplicium impiorum est ipsa priuatio lucis. Immo uero ipsemet sol diuinus: qui sanos uegetosque piorum oculos mirifice fouet: impiorum contra oculos languentes offendit: & conscientiam incendio uexat. Non aliter quam solis lumen in aperto quod delectat: in angustum uero coactum pressus adurit. Sed libenter reuertimur ad beatos. Gratium quidem apud nos est aeris lumen omnibus: quia uitali aetherei spiritui cognatissimum: rerumque innumerabiliu uarietate delectat. Gratius lumen in spiritibus corporis est sanguinis. Gratiissimum lumen intimum menti beatis: usque adeo mente impletur inde statim exundet in corpus: In quantum tunc caeleste (ut Platonice loquar) uniuscuiusque animae proprium. Tunc et humanum tandem iam quasi caeleste factum. Illic igitur unusquisque totus est oculus totus undique prius atque lucens. Quamobrem singuli tam mentis quam ocularis corporis radios in se inuicem iacientes facillimo quodam nutu se mutuo pressus intelligunt: Singuli mutuo radiorum iactu in singulis coruscabunt. Deus autem tanquam sol in stellis quam abunde tam feliciter fulgebit in cunctis.

Apologia in librum suum de Sole & Lumine.



Marsilius Ficinus Florentinus Philippo Valori oratori apud Pontificem Florentino. S. D. Librum de Sole clarissimo Petro Medici destinatum domi iam diutius retinebam. Atque contra preceptum euangelicum sub modio lucernae siue Sole ferme iam impius abscondebam. Sed Petrus ille Nerus quem in epistolis

nostris frequenter candidissimū appellauimus | piū exi-
stimauit fore | ut lumen hoc q̄ plurimis (ut deus p̄cipit)
effulgeret. Itaq; candidissimo Viro ad quem potissimum
cura de lumine pertinet & candore | libentissime parui.
Atq; ultra mysterium Magnanimo Petro Medici cōmē-
datum | permissi librum opera Petri Neri palam impressio-
ribus exprimendum. Ecce igitur mi Valor luce mihi ca-
rior | palam Sol hic q̄tuluscunq; meus iam exoritur. Sed
forte mox suborituris nebulis offundendus: uel etiam fu-
turus noctuis quibusdam uespertilionibusq; molestus.
Nebulas quidem aut uenti protinus dissipabunt | aut sol
ipse cum ascenderit altius | extenuabit atq; dissoluet. Ve-
spertilionibus autem sub lumine caligantibus cæcutien-
tibusq; consulto: si modo consilii sint capaces | ne lucē q̄-
dem incusent | ceteris salutarem. Sed ipsi splendorē hunc
effugiāt | suo more potius: atq; ut par est | indigni lumine |
assidue delitescant. Bona quidem spe Valorem meum ad
hoc certamen prouoco: Valorem inq̄ non solum contra
bubones: Sed aduersus etiam immania monstra | Hercu-
lis instar ualidissime pugnaturum. Soles enim Boetianū
illud pro Hercule dictum in ore frequēter habere: Supe-
rata tellus sydera donat. Herculem ueteres introducunt |
uirum solis alumnum | pro uera gloria | pro ueritatis splē-
dore | quæ solis ipsius munera propria & officia sunt: la-
bores duodecim quasi duodecim signa Zodiaci subeun-
tem. Iro nunc alacer mi Valor in p̄lium. Propugnato-
res. n. illic (scio quid loquar) tres saltem iuictos habebis.
Politianum Herculem inq̄ Phæbeum Picum: Amphio-

neumq; Landinum. Hi profecto q̄ strenue pro mea uita
iam triennium certauerunt: tam fæliciter deinceps p hoc
meo quantuscunq; est splendore pugnabunt. Die. xi. Ia/
nuarii. M. CCCC. LXXXIII.

Sæpe in cælestibus gemini sunt. Item Soles duo.
m Arsilius Ficinus Florentinus Martino Vranio
prænyngero Germano suo quasi germano .S.
P. D. Iuuat una tecum mi Vranix uir cælestis cælestia
sæpe tractare. Non solum in firmamento gemini sunt il
li dioscuro: sed inter planetas sunt quoq; germani. Mer/
curius enim quasi minor frater est Saturni. Consimili. n.
(ut Plato inquit) luce fulgent: & ingeniis utriq; præfunt.
Germana Iouis est alma Venus. Phæbi quoque phæbe.
Mars autem quasi superbior communionis expers. So/
lem ipsum non tam comitatur q̄ æmulatur. Præter. n. fer
uorem suum Solis æmulum quasi riualis | lumen nescio
quod infundit Lunæ paucis admodū obseruatum. Post
hæc autem ætherius aer | quasi Iuppiter alter | frater &
maritus est sequentis aeris. q. Iunonis: Sed ut reuerta/
mur ad Solem: Quid mirum? Siquidem in cælo sunt
gemini Soles | geminos quoq; penes me. q. Soles esse na/
tos: primo quidem minorem | deinde maiorem. Mino/
rem igitur ipse Orator ad Pontificem proficiscens | præ/
terita æstate apud nos uidisti Florentiæ: qui & te hinc in
germaniam abeuntem e uestigio secutus est | clarissimum
principem tuum Eberardum salutaturus. Alterum uero
Solem | qui inter platonicas cōmentationes grandior iam
coaluit | iure sibi uendicat Petrus Medicus: q̄ & Platonica

iure sibi omnia uendicat. Lumen similiter mi Vranie mi
hi geminū inter lares eluxit: Minus atq; Maius. Minus
quidē iādiu Phœbo Capellæ fulsit: Maius uero nunc Pe
tro Medici clarissimo lucet. Vtrunq; igitur Vir cœlestis
fœliciter contemplare. Contemplaberis uero fœliciter: sū
luminis huius similitudine Platonīcū hoc quod sequitur
de diuinitate mysterium memoriæ cōmendaueris. Quæ
minimū lumen habent non aliter cernere consueuimus
q̄ passim quærendo propius accedentes. Solem uero ui
suri non tam quærere Solē cogimur ultro nobis obuiū:
atq; omniū patentissimū q̄ purgare oculos aperire: con
uertere: proq; modo nostro hos ad illum accommodare.
Similiter cæterarū quidem reꝝ ueritates exiguas. q. scin
tillas argumētationibus perscrutari cōpelimur. Immen
sum uero Dei lumen sic assequi nō ualemus: sed & ama
toria uoluntatis cōuersione & serenitate mentis paramur
ad illum nobis uidelicet præparatis ultro fœliciter coru
scantē. Hinc Platonīcū illud. Diuina quidē uerbis ratio
nibusq; doceri non possunt: quēadmodū cetera quæ di
scuntur. Sed assidua circa diuinū ipsum cōsuetudine ui
tæq; cōmunionē. Subito tandē nobis uelut ab igne scin
tillante lumē effulget in animo: seq; ipsum iam alit. Die
.XVIII. Ianuarii. M. CCCC. LXXXIII.

Nonnulla de lumine. Item Catalogus li
brorum Marsilii.

b Indacius Recasolanus Gregorio Alexandrino
physico præclaro. S. Mitto ad te librū de Sole
& lumine a Marsilio nostro nuper editū: sperans nō me

diocriter tibi gratum fore: tum quia de lumine omnibus
gratissimo tractatum: tum etiã quoniã a Marsilio Platonico
tibi omniũ charissimo proficiscitur. Præsertim quia per
hanc lucem | quod est præ cæteris exoptandũ | inuisibilia
quoq; uidebis. Solet enim Marsilius noster | quo familia-
riter utor | sæpe dicere lumen a diuina p̄uidencia consti-
tutum | non solũ ut sub eo corpora: sed etiã multoq; ma-
gis: ut per ipsum incorporea cernere uisus. Cætera enĩ ad
id asseuerandũ argumenta: uel obscuriora nobis esse: uel
aliunde deducta. Ipsum uero lumen | dum palã se oculis
obicit | interea se non esse corporeũ inditiis multis osten-
dere. Vt ex hoc plane | quod incorporeũ per corpora no-
bis occurrit | esse aliquid supra corpora | incorporeũ cogi-
temus. Ac dum in uno Solis lumine innumerabiles ra-
dios inuenimus cõiunctos inticẽ & distinctos | hinc qua-
les & quomodo in diuina mente sint ideæ: reꝝ omnium
contemplemur. Præterea ubi radios uariis nubibus ua-
poribusq; infusos aspiciamus | diuersos ibi colores edere |
inde consideremus | qua ratione in materiis longe diuer-
sis ideæ diuersa frequenter efficiant. Deniq; ubi splendo-
re Solis in terris | colores uarios | qui & i eius uirtute sunt
prosilire uidemus | hinc plane quomodo seminales rerum
omniũ rationes in natura sint atq; ex ipsa prodeant co-
gnosca mus. Hæc ille quidem iüter loquendũ. Sed lon-
ge meliora in ipso libro de Sole & lumine | quem mitti-
mus uidere poteris. Vt autẽ Marsilianos libros omnes
quod equidem te desiderare scio | in hoc uolumine cer-
nas. Catalogum accipe.

Catalogus librorum Marsilii Ficini Florentini.

COMPOSITA.

Opiniones Philosophorum de Deo & anima.

Declarationes Platonicae in adolescentia.

De uoluptate.

De amore. Ad quē librum componendū adhortatus est illum dilectissimus eius Ioannes Caualcantes uir pius admodum atq; grauissimus. eo quidē consilio ut perditos uanae pulchritudinis amatores ad amandā immortalē pulchritudinem reuocaret.

Item de Religione christiana.

Theologia Platonica in libros. XVIII. diuisa de animorum immortalitate.

Comentarium in partem philebi.

Libri epistolarum. xi. Platonici plurimum & morales.

Libri de uita tres. s. De uita sana. De uita longa. De uita caelitus comparanda.

Argumenta in libros platonis omnes.

Argumenta in libros plotini omnes.

Liber contra pestem.

Argumenta quaedā in Theophrastū siue Priscianū de aia.

In secundo epistolae libro continentur hi libelli.

Quinq; clauēs in platonicae theologiae.

De raptu Pauli ad tertium caelum.

De lumine.

Opusculum de stella Magorum.

Argumenta in Dionysium de mixtica theologia & de diuinis nominibus.

Commentarium in Timæum.

De Sole & lumine.

TRADVCTA.

Multa ex Hermia i Phędrum & ex Iamblichō de secta
Pythagorea.

Mercuri⁹ trismegistus de sapia diuina & opificio mūdi.

Alcinoi cōpēdiū i Platonē una cū Speusippi de finitiōi/
bus puerbiisq; Pythagorę: & cū xenocrate de cōsolatōe.

Omnes Platonis libri. LVI.

Omnes Plotini libri. LIII.

Iamblichus de mysteriis Aegyptiorę atq; Assyriorę.

Synesius de somniis.

Pfellus de Dæmonibus.

Porphyrius de occasionibus ad diuina.

Prisciani lydi cōmentariū in Theophrastum de anima.

Proculi multa in Alcibiadē & i répub. & de sacerdotio.

Nōnulla Porphyrii de abstinentia.

Liber Dionysii Areopagitæ de mixtica theologia.

Eiusdem de diuinis nominibus.

Nōnulla Athenagoræ de resurrectione.

Quotidie Platonis libros recognoscit alicubi alienis ma
nibus forte cōtaminatos: distinguitq; in capita: & lō/
gioribus argumentis cōmentariisq; illustrat.

Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vi/
talibus Anno a Natali Christiano. M. D. III.

CVM PRIVILEGIO.

le lect

o mūc

finiū

folatū

ioq.

de anic

ccerdoc

gia.

alienis

vita: s.

m de v

III.

GU

Bibli
Cer

005266892